









2965 TM 0968

Ex Bibliotheca  
B. D. Calovij  
Lipsie dividita

me  
sibi comparavit  
A. O. R.  
C<sup>1</sup> 5090 III.

Johannes Georgius Lysius.

Theodor Mehlmann

21. Juli 2011

Burgdorf / CH

\*





1389





*DE*  
**ADAGIIS**  
NOVI TESTAMENTI  
DIATRIBA,  
*AUCTORE*  
JOHANNE VORSTIO.



COLONIAE BRANDENBURGICAE,  
Sumptibus DANIELIS REICHELII,  
Typis GEORGII SCHULZII,  
ANNO cl. lxx. LXX.



ADAGIS

NOVITESTAMENTI

IOHANNIS VORSTIO



COLONIAE BATAVONUM

IOHANNES DANIELS LICHTEN

PROFESSOR ET SCHOLASTICUS

ANNO MDCLXX







*Clarissimo Viro,*

DN. JOHANNI CASPARI

SUICERO,

Linguae Hebraeae, Graeaeque, in illustri Academia Tigurina Professori,

S. P. D.

JOHANNES VORSTIUS.

**C**Um aliquot abhinc annis libri de Hebraismis Novi Test. aliquam partem edidisset, suavissimis ad me missis literis hortabare me, Vir clarissime, uti telam quam coepisset, pertexerem, ejusdemq; libri partem quoq; alteram in publicum extruderem. Quo quidem tuo, & quorundam item aliorum qui bas literas amant, hortatu factum est, ut, cum curam istam ferè abjecissem, denuo eam susciperem, ac praedicti libri partem quoq; alteram foras darem. Nec leviter sanè, aut perfunctoriè, illud quod tractandum cepi argumentum duabus istis libri partibus persecutus videor. Sed animadverto tamen, non pauca ad eundem censum pertinentia omissa, neq; duabus illis quas dixi partibus comprehensa esse. Inter cetera



tera desiderari video Adagia, quibus Salvatorem in sermone suo non raro usum animadvertimus. Quidni enim ipsa quoque illa Adagia inter Hebraismos referamus? Certè in sermone Hebraeo nata ea primum sunt; neque aliquam Hebraeae nationi cognita fuere. Quapropter ipsam quoque illam de Adagiis novi Test. tractationem suscipiendam, ac superioribus praedicti libri partibus, tanquam Auctarium, adjiciendam putavi. Sed nec hoc fecisse satis babebo; sed, quia magis magisque intelligo, meum istud Hebraismos N. T. congerendi ac illustrandi studium Viris doctis, & inter ceteros Amico tuo conjunctissimo, & Academiae Basileensis Professore clarissimo, D. Doctorei VVetstenio, ut ipse nuper humanissimis ad me missis literis testatus est, probari, hunc lapidem adhuc amplius movebo, quaeque id genus praeterea observata mihi non pauca sunt, itidem digeram, ac, si Deus dederit, sub nomine Spicilegii Hebraismorum N. T. extrudam: ut ita argumentum istuc quam fieri potest plenissime, pertractatum videri queat. Interim Deus te servet, Vir clarissime, & vigorem tibi corporis atque animi largiatur; ut insignem illum eruditionis Thesaurum, quem tot annorum labore ex Graecorum Patrum monumentis congesisti, in publicum extrudere, cumque hominibus istarum literarum amantibus communicare, possis.





JOHANNIS VORSTII  
DE  
ADAGIIS NOVI TESTAMENTI  
DIATRIBA.

CAP. I.

*Quam varia ex sacris literis discere liceat. Unumquamque linguam sua sibi propria adagia habere. Quae & appellationem sortiantur ex ea lingua, in qua primum nata & usurpata sunt. Adagia N. T. quia Hebraica sunt, merito & ad Hebraismos referri. Adagia esse vel integras enuntiationes, vel phrasas nihil enuntiantes.*

**F**X sacris literis præterquam quòd ea quæ ad fidem Christianam & ad salutem pertinent haurire licet, varia item alia cognosci ac disci possunt: persecutiq; in iisdem alii sunt alia. Quidam naturalia, quæ in sacris literis perscripta sunt, separatim congeisserunt ac illustrarunt. Alii quæ ad rationem temporum & ad Chronologiam pertinentia sacræ literæ habent, persecuti sunt. Est qui novi Testamenti dialectos: sunt qui sacrarum literarum tropos, aut ad rem Grammaticam pertinentia, congeisserunt. Ipsi superioribus annis novi Testamenti Hebraismos congerere atque illustrare studuimus. Nunc verò sacrarum literarum & Adagia, non in universum, sed ejus illarum partis quam vulgo novum Testamentum dicimus, congerere

A

rere



rere atque illustrare animus est. Quod quidem ante nos Andreas Schottus atq; alii fecerunt: verum fatentur illi, non tantum ipsa veri nominis adagia, sed varia quoq; alia, quæ adagiis quodammodo similia sint, se congesisse. Quæ etiam causa est quod Schottus librum suum non *Adagia*, sed *Adagialia*, inscripsit. Ceterum neq; ipsos fontes, in quibus Adagia novi Testamenti Hebraicè perscripta sunt, ac hodieque legi possunt, adierunt; sed satis habuerunt istorum Adagiorum sensum exponere, ac deinde ex Græcis ac Latinis Auctoribus nonnulla iis gemina adjicere. At nos sola veri nominis Adagia, quæ quidem non adeò multa sunt, persequi constituimus; sic ut ipsos illorum fontes demonstramus, doceamusque, Adagia ista primum ab Hebræis usurpata fuisse, quibusque in locis ipsis verbis Hebraicis consignata ea reperire liceat. Idque ut faciamus, ipsa superioris cujusdã instituti nostri ratio nos monet. Nimirum aliquot abhinc annos novi Testamenti Hebraismos congerere atque illustrare studuimus. Ad quorum censum quoniam ipsa quoque novi Testamenti Adagia pertinent, ipsius superioris libri, quem de novi Test. Hebraismis scripsimus, integritatis interesse videtur, ut eorum quoque quæ dixi novi Test. Adagiorum impensioem aliquam considerationem suscipiamus. Et quidni Adagia novi Test. in Hebraismis numeremus? Sanè Adagia ista sine ulla dubitatione Hebraica sunt, & ex lingua Hebræa in qua primum nata, in Græcam, ac porrò in alias, translata. Habet nimirum unaquæque lingua ut alias quasdam formulas, ita & adagia seu proverbialia sibi propria. Et operam Viri docti tum veteres tum recentiores dederunt, ut præcipuarum linguarum adagia in unum collecta cognosci atque legi possint. Græca quidem ipsi veteres Græci collegerunt; sed quorum tamen plurimæ ac præcipuæ adagiorum συναγωγαι interciderunt; Aristotelis puta, Theophrasti, Cleandri, Aristidis & aliorum. Superfunt tantum collectiones Zenobii ac Diogeniani; quas Andr. Schottus unà cum Excerptis Suidæ & Hefychii



Hesychii vulgavit. Superest deinde Michaëlis Apostolii, non adeo antiqui illius, opus *παροιμιῶν*, quod ex scriptoribus ipso antiquioribus concinnavit. In Latinis Adagiis colligendis præcipuam operam posuit Desiderius Erasmus; sed ita ut Græcæ aut alterius originis adagia iis misceret. Hebræa congescit Johannes Drusius; quibus sine dubio multa adhuc addi possunt. Sunt deniq; qui & Arabica, aut aliarum linguarum proverbia collegerunt. Ceterum appellationem proverbia ab ea gente eaque lingua sortiuntur, in qua primum nata atque usurpata fuerunt. Terentius atque Cicero quamvis verbis merè Latinis scripserint, *amicorum omnia esse communia*: tamen Cicero in libro I de Officiis scribit, *esse ita in Græcorum proverbio*. Cujus rei causa hæc est quod primi Græci in sua lingua hujusmodi vocabula composuerunt, ex quibus istiusmodi sententia oriretur. Dixerunt quidem, τὰ τῶν φίλων κοινά. Pari modo Orat. I in Verrem idem Cicero scribit, *Aspendium omnia intus canere, Græcis hominibus in proverbio esse*. Mera verba Latina sunt *Aspendius omnia intus canit*: & tamen ille scribit, *Græcis hominibus ita in proverbio esse*. Nimirum illud de cantu Aspendii usurparunt Græci, quoties furem, quique suis commodis præter honestatem velificaretur, notare voluerunt. Asconius in prædictam Orationem Ciceronis hac de re ita: *Difficile autem, quod Aspendius citbarista faciebat, ut non uteretur utraq; manu; sed omnia, id est, universam cantionem, intus & sinistra tantum manu complecteretur. Unde omnes, quotquot fures erant, à Græcis Aspendii & citbarista proverbio dicebantur; quod, ut ille carminis, ita isti furto- rum occultatores erant. Valet hoc proverbium & in eos qui multum intestinis commodis suis consulunt præter honestatem*. Videtis & Zenobium; qui in Centuria secunda Proverbiorum ex Zenone Myndio refert, ἐπὶ τῶν φιλοχρημάτων τετάχθαι τὴν παροιμίαν, *in avaros usurpatum fuisse proverbium*. Porrò ut prædicta illa, quamvis verbis Latinis expressa proverbia, *Græcorum & Græca* dicuntur: ita hoc proverbium, *Si fuerit amicus tuus mel, ne devo-*



res eum totum, quamvis meris verbis Latinis expressum sit, tamen Arabum, aut Arabicum, proverbium dicendum fuerit. Quippe Arabes primi verba quæ eum sensum parerent, composuerunt; & quidem ista:

اذا كان صاحبك عسيرا تاكله كل

Sic & Augustinus Sermone XXIV de verbis Apost. proverbium quoddam Punicum vocat, & tamen verbis modò Latinis illud profert. Proverbium, inquit, notum est Punicum, quod quidem Latine vobis dicam, quia Punicè non omnes nostis. Punicum enim proverbium antiquum: Nummum querit pestilentia; duos illi da, & ducat se, id est, abeat, discedat. Quod idem proverbium in libro quinquaginta homiliarum, homilia decima, sic exprimit: Pestilentia ante ostium venit, & nummum querit: duos illi da, & ducat se. Pestilentiam autem dicebant hominem litigiosum: à quo pacem quovis pretio redimendam esse Pœni istoc proverbio docebant. Quo jure igitur superiora illa adagia Græca, Arabica, atque Punica dicuntur: eo jure & adagia novi Testamenti, quamvis in hoc ipso verbis Græcis expressa sint, Hebraica dicenda erunt. Siquidem primi Hebræi hujusmodi verba composuerunt, ex quibus ea quæ in adagiis novi Test. apparet, sententia oriretur. Porrò quoniam adagia novi Testamenti, quamvis verbis Græcis consignata sint, tamen Hebraica dicenda sunt: non immeritò eadem & Hebraismi dicuntur. Hac enim appellatione insigniuntur vulgo omnia illa quæ in Græcis codicibus N. T. quocunque modo dictionem Hebræam sapiunt: quemadmodum quæ in Latinis scriptis linguam Græcam sapiunt, Græcismi dicuntur. Rectè autem Angelus Caninius in cap. IX libelli de locis novi Testamenti Hebraicis monet, ut Græcorum proverbiorum ratio in Græcis scriptoribus querenda sit, sic Hebræorum dictorum originem ex Judæorum petendam esse commentariis. Multas enim esse paræmias Judæis familiares quæ in aliis linguis absurda vel obscura videri possent. Quoniam igitur adagia



adagia novi Testamenti, ut dixi, omnino Hebræorum, & Hebraica, adagia sunt: nobis recensere hæc atque illustrare volentibus ad fontes præcipuè Hebræos recurrendum erit, ac demonstrandum, in quibus Hebræorum codicum locis adagia ipsis verbis Hebraicis consignata legere liceat. Antequam verò rem aggrediamur, monendum adhuc, adagia esse vel phrasas tantum, vel integras enuntiationes. Exemplum adagii quod non integra enuntiatio, sed modò phrasis sit, est in eo quod Cicero in Oratore scribit: *Non clypeum, sed, ut in proverbio est, scopas, ut ita dicam, mihi videntur dissolvere.* Item in illo quod Orat. I in Verrem scribit, *iniquitatem Verris in ore vulgi & in communibus proverbis versatam fuisse.* Illic adagium seu proverbium in solis verbis *scopas dissolvere*; hic in solis verbis *iniquitas Verris* consistit. Atqui verba ista non integram enuntiationem, sed hujus modò partem constituunt. Enuntiatio, ut ex Logicis notum, erit tum demum, si quippiam adjiciatur, dicaturque *Hic scopas dissolvit, vel Hic scopas videtur dissolvere, & Iniquitas Verris hæc est.* Deinde proverbii seu adagii quod integram enuntiationem constituit, exemplum est in illo, *Summum jus summa injuria.* Hoc Cicero in libris de Off. *tritum sermone proverbium* esse scribit. Atqui non illud phrasis nihil enuntians, sed integra enuntiatio est. Nec aliter sentiendum est de eo quod suprà itidem ex Cicerone memorabamus, *Amicorum omnia sunt communia.* Jam integras enuntiationes adagia & proverbia dici posse Gerh. Joh. Vossius non negat; verùm phrasin nihil enuntiantem eo nomine insigniri posse, non concedere videtur. In Commentariis Rhetoricis reprehendit is Desid. Erasmus & Hadrianum Junium, quod inter proverbia seu adagia numerarunt illi talia qualia hæc sunt, *Asiatici mores, Græca fides, Punica fides, Cræsi divitiæ, Iri paupertas, Cyclopica vita.* Atqui gemina prorsus hæc sunt ei quod ex Cicerone proferebamus *Verris iniquitas*; nisi quod *Punica fides* dicitur pro *Pænorum fides*, & *Cyclopica vita* pro *Cycloporum vita*, atque ita adjecti-



vum ponitur pro substantivo. *Iniquitatem Verris* ait Cicero *in ore vulgi & communibus proverbis versatam fuisse*, id est, voces *Verris iniquitas* apud Romanos proverbium fuisse. Nec alius generis plurima sunt eorum quæ inter *παροιμίας ἑλληνικάς* apparent: ut *Αβυδηνὸν ἐπιφόρημα Abydena illatio*, *Αγαθῶνι αὐλησις Agathonia cantio*, *Αγαθὰ Κιλικίων bona Cilicum*, *Ἄβρων βίος Habronis vita*, *Ἀγορὰ Κερκόπων forum Cercorum*, *Ἀγαμεμνόνεια Φρέατα Agamemnonii putei*. Sunt hæc prima eorum quæ ex Tarrhæo & Didymo, antiquioribus, congescit Zenobius. Pari modo apud Hebræos מְשַׁלִּי non tantum integræ enuntiationes, sed & phrasæ nihil enuntiantes dicuntur. Adagium Hebræorum ut ex I Sam. XXIV. 14. apparet, fuit, מְרַשְׁעִים יֵצֵא רָשָׁע *ab impiis proficiscitur impietas*: dicunturque hæc eodem loco disertè מְשַׁלִּי הַקְּרָמְנִי *proverbiū antiquorum*. Verùm מְשַׁלִּי proverbium Hebræorum non minùs fuisse putandum est, כְּנִמְרוֹד גְּבוּר צֵיד לְפָנֵי יְהוָה *sicut Nimrod, potens venatione coram Jehova*. Non hoc quidem Gen. X, ubi legitur, sic ut alterum illud nomine מְשַׁלִּי insignitur; sed satis tamen apparet, scriptorem sacrum hoc velle, quod adagium seu proverbium Hebræorum illud fuerit. At non integra gnome & lententia, ut Salomon Glasius putat; adeoque nec integra enuntiatio, est illud. Hebræi cum hominem potentem ac bellatorem designare voluerunt, dixerunt כְּנִמְרוֹד גְּבוּר צֵיד לְפָנֵי יְהוָה *sicut Nimrod potens venatione coram Jehova*. Enuntiatio omnibus numeris perfecta erit tum demum, si dicas, זֶה הוּא כְּנִמְרוֹד גְּבוּר צֵיד לְפָנֵי יְהוָה *Hic est sicut Nimrod potens venatione coram Jehova*. More Latinorum & Græcorum efferri illud sic possit *Nimrodi potentia*, vel *Nimrodica potentia*. Foret enim hoc simile prorsus illi quod ex Cicerone proferebamus, *Verris iniquitas*; & alteris illis *Punica fides*, *Cræsi divitiæ*. Sed nunc ad ipsa novi Test. adagia accedamus.

CAP.



## CAP. II.

*De adagio ὡς κόκκος σινάπεως. Quod quibus Græcis simile sit. Idem quomodo habeat Hebraicè. Caulis sinapi quantæ magnitudinis fuerit in Palæstina. De adagio ὡς ἄμμος τῆς θαλάσσης. Ex quibus Hebraicis id exprefsum sit. Item de adagio καθὼς τὰ ἄστρα τὸ ἕρπυς.*

**P**Rimò igitur pro adagio novi Test. habendum illud est, quòd, ubi res perexigua designanda est, in novo Test. legitur ὡς κόκκος σινάπεως ut *granum sinapi*. Verba Domini Matth. XVII. 20 sic habent: *Si habeatis fidem ὡς κόκκον σινάπεως ut granum sinapi, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, & transibit.* Et Luc. XVII. 6: *Si haberetis fidem ὡς κόκκον σινάπεως ut granum sinapi, diceretis sycamino huic, Eradicator, & plantator in mari, & obtemperaret vobis.* Satis apparet, mentem Domini hanc esse, si discipuli vel minimam fidem haberent, ipsos ea quæ verbis Domini exprimuntur, miracula facturos esse. Sed ipsum tamen illud ὡς κόκκος σινάπεως ut *granum sinapi*, Andreas Schottus, cum Adagia novi Test. recenseret, ac plurima quoque hujusmodi quæ pro adagiis habenda non sunt, congereret, inter cetera non recensuit. Deinde nec Gerhardus Joh. Vossius inter adagia istud numeraverit; quippe qui Desid. Erasmus & Hadr. Junium reprehendit, quod inter adagia illi numerarunt talia qualia hæc sunt, *nive candidior, Græca fides, Punica fides.* Sed huic in capite superiore jam responsum est. Nobis ita videtur, omnes comparationes à certa persona, gente, aut alia quadam re petitas, quas lingua quædam peculiare, aut cum paucis communes, habet, in ejusdem linguæ adagiis seu proverbiiis habendas esse. Exempli gratia Hebræi comparationem habuerunt petitam à Nimrodo; ut, cum hominem strenuum ac bel-latorem designare vellent, dicerent, כנמרוד גבור ציד לפני יהוה  
*Uf*



Ut Nimrod potens venatione coram Jehova. Talis igitur comparatio pro adagio, & quidem Hebræorum, est habenda: idque ipsæ sacræ literæ satis & significant. Pari modo Græci comparationem habuerunt ab Aspendio Citharista petitam; ut, cum furem, aut qui suis commodis præter honestum velificaretur, designare vellent, dicerent Ασπένδι & κιθαριστής *Aspendius citharista*; vel paulò pleniùs, Ασπένδι & πάσας Φορὰς ἐν τῷ ὄργάνῳ Φέρει *Aspendius omnia intus canit*. Atque talis comparatio pro adagio, seu proverbio, & quidem Græcorum, habenda est. Quod ipse Tullius, ut dixi, satis & significat, quod scribit, *Aspendium omnia intus canere Græcis hominibus in proverbio esse*. Latini comparationem habuerunt petitam à Verre; ita quidem, ut si hominem iniquum designare vellent, dicerent, *Verris iniquitas*. Quæ quidem comparatio itidem pro adagio seu proverbio, & quidem Latinorum, est habenda. Quod ipse rursus Tullius, ut dixi, significat, quod scribit, *Verris iniquitatem in ore vulgi & communibus proverbis versatam fuisse*. Et hæc quidem comparationes petitæ sunt à personis singulis. Deinde & à totis gentibus aut civitatibus comparationes ducuntur; ut dicatur *Asiatici mores, Punica fides, Græca fides*. Quæ quidem comparationes itidem pro proverbiiis, & quidem Latinorum, sunt habendæ. Sunt quæ ex similes his quas in capite superiore recensuimus Græcis, Αβυδηνὸν ἐπιφόρημα *Abydena illatio*, Αγαθὰ Κιλικῶν *bona Cilicum*, Αγορὰ Κερκόπων *forum Cercorum*. Denique ab animantibus quoque brutis; imò & ab inanimis, comparationes ducuntur. Dicunt exempli gratia Græci, Αγναπλότερος & βάτραχος *inflexibilior rubo arido*, cum hominem moribus asperum; & αἰγιθαλὲς πολυηρότερος & πάρος *parò audacior*, cum hominem minimarum virium, sed audaculum; & τρυγὸν & λαλίστερος & τὴν τὴν *turture loquacior*, cum hominem loquacem & garrulum, denotare volunt. Talia sunt & Latinorum *nive candidior, testudine tardior*, & id genus alia. Et ponuntur in his per hyperbolē quandam comparativi pro positivis: ut cum aliquem inflexibilem, ut rubum aridum, dicere

dicere



dicere volunt Græci, rubo arido eum inflexibiliorem dicant; & cum aliquem tardum ut testudinem dicere volunt Latini, testudine eum tardiolem dicant. Et simile fere his est adagiū illud novi Test. quod omnium primum fecimus, ὡς κόκκⓄ σινάπεως *ut granum sinapis*. Si Græci, cum rem perexiguam designare volunt, dicerent μειων κόκκⓄ σινάπεως *minor grano sinapis*, foret id superioribus illis Αγαπρότερο βατα αυσ, αϊγθαλῆ πολμηρότερο, τρυγόνο λαλίσσερο, ex asse geminum. Verum non utuntur hic vocabulo comparativi gradus. Imò omnino non dicunt sic, ut ex novo Test. citatum est, ὡς κόκκⓄ σινάπεως *ut granum sinapis*. Quod enim in novo Test. ita legitur, formatum id est more Hebræorum, quomodo infinita quoque alia. Hebræi cum rem admodum exiguam denotare volunt, dicunt eam esse כחררל *ut sinapi*, & כגרגיר חחררל *ut granum sinapis*. Cumque Salvator in sermone suo talia Hebræa protulisset, Scriptores sacri, cum cetera à Salvatore Hebraicè pronuntiata Græcè efferrent, illud item חחררל כגרגיר Græcè extulerunt, scripseruntque ὡς κόκκⓄ σινάπεως. Quocirca nec pro Græco, sed pro Hebraico adagio habendum illud fuerit. Etsi enim vocabula sunt Græca, tamen quod ad rem admodum exiguam denotandam hæc ita conjunguntur, id non ipsorum Græcorum more, sed exemplo Hebræorum factum putari debet. Sed ipsius locutionis Hebraicæ exempla sunt producenda; ut quam solenne sit Hebræis, ut, si rem valde exiguam designare velint, dicant כחררל *ut sinapi*, vel כגרגיר חחררל *ut granum sinapis*, evidenter appareat. Buxtorfius in Lexico Talmudico, cum dixisset, חחררל *sinapi*, & כגרגיר חחררל *granum sinapis*, apud Hebræos proverbialiter usurpari de re minima, subdit deinde ex R. Mosis Maimonidæ Jad chazaka: *Quicumque comedit seorsim animalculum aliquod immundum totum, is vapulat* חחררל מן חחררל *quavis minus sit grano sinapi*. Item ex eodem libro Maimonidæ: *si viderit guttulam sanguinis instar grani sinapi*. Rursus ex More Nevochim ejusdem Auctoris ci-

B

tat,



tat; quod Auctor inter se opponat גלגל הכוכבים *sphaeram stellarum*, quæ est בתכלית הגדול *extrema magnitudinis*, & גרגור החרדל *granum sinapis*, quod est בתכלית הקטנות *extrema parvitas*. Non est quidem Moses Maimonides Auctor adeò antiquus; sed facile tamen ex his apparet, quam solenne sit Hebræis rem valde exiguam comparatione cum grano sinapis designare: & hausit ille sine dubio locutionem istam ex ipso antiquioribus. Porro quia Hebræi, si rem admodum exiguam denotare velent, cum grano sinapis eam compararunt; eademque hæc cum grano sinapis comparatio abierat in proverbium: factum est ut Salvator, cum Ecclesiam initio exiguam esse, procedente tempore autem satis amplam fore vellet dicere, eam grano sinapis similem esse dixerit. Verba Domini Matth. XIII. 31 Græcè expressa sic sunt: Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν ἔρванων κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ. ὁ μικρότερον μὲν ἐστὶ πάντων τῶν σπερμάτων. ὅταν δὲ αὐξηθῆ, μείζον τῶν λαχάνων ἐστὶ, καὶ γίνεται δένδρον, ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τῶν ἔρванων καὶ κτῆσκησεν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ. Quibus verbis quod de grano sinapis in arborem excrescente dicitur, id quoque lucem accipit ex codicibus Hebraicis. Nimirum in cap. VII Peah Talmudis Hierosolymitani Buxtorfius, & ante eum Junius & alii, observarunt hæc: מעשה בשיחין בקלח אחר של חרדל שהיו בו שלשה ברין ונפשח אחד מהן וסככו סוכת היוצרים ומצאו בו שלשת קבין של חרדל: *Fuit olim in Sichin caulis sinapis, qui tres habuit ramos. Avulsus fuit unus ex illis, & tegebant eo tugurium figulorum, & inventi in eo sunt tres cabi sinapis.* Deinde in Cod. Ketub. Talmudis Babylon. fol. III. 2. eadem historia sic proponitur: מעשה בשיחין באחד שהניח לו אביו שלשה ברי חרדל ונפשח אחד מהן ונמצאו בו השעה קבין חרדל ועציו סככו בו סוכת יוצרין: Quibus verbis dicitur amplius quam superioribus; videlicet novem cabos sinapis ex una arbore sinapi collectos fuisse. In prædicto loco Talmudis Hierosolymitani R. Simeon ben Chalaphtha ita loquens inducitur, קלח אחר של חרדל היה לו בתוך שלי והיותי עולה בו כעו



הַתְּאִינָה בְּרֵאשִׁית כְּעוֹלָה *Caulem sinapis habui in horto meo, in quem ascendi, sicut ascendere quis solet in summitatem ficus.*

Superiori adagio, quod quidem ad formam attinet, simile est, quod, ubi ingens quidam numerus significandus est, non semel in novo Test. legitur ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης ut arena maris. Ut Rom. IX. 27: *Si fuerit numerus filiorum Israël, ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης ut arena maris, reliquia salvabuntur.* Item Hebr. XI. 12: *Quare ἔ ab uno generati sunt, ὡς εἰ ἄμμος ἡ ἔρημος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος ut arena quæ est in littore maris innumerabilis.* Rursus Apoc. XX. 8: *Exibit ad decipiendas gentes in quatuor angulis terra, Gogum ἔ Magogum, ut congreget illos in bellum, quorum numerus est ὡς ἄμμος τῆς θαλάσσης ut arena maris.* Scriptores Græci vulgares cum ingentem quendam numerum designare volunt, tali phrasi non utuntur. Dicunt potius ἀριθμὸς ἀπέραντος, ut Plato: vel ὁμιλῶν ἔ ῥάδιος ἀριθμηθῆναι, ut Philo: vel ποσῶτόι εἰσι τὸ πλῆθος, ὡς ἡ ἀριθμὸν διαφεύγειν, ut Basilus: vel πλείους ἢ ἀριθμῆσαι, ut idem Basilus loquitur. Quas quidem formulas observavit, inq; suo de locutionibus Græcis libello congescit Jac. Billius. Pertinet huc item illud I. Macc. V. 30. λαὸς πολὺς ἔ οὐκ ἦν ἀριθμὸς. Dicunt quoque ἀνάριθμον, ut Latini *innumerum, innumerabile.* Xenophon lib. VII Pæd. Cyr. παμπόλλους μὲν ἰππέας ἄγων, παμπόλλους δὲ τοξότας ἢ ἀκοντιστὰς, σφενδονήτας δὲ ἀναρίθμους. At illud ὡς ἄμμος τῆς θαλάσσης, quod ad ingentem numerum designandum in novo Test. ter usurpatum vidimus, in aliis Græcis scriptis non invenias. Poëtæ aliquid simile habent: sed non prorsus idem. Homerus: Φύλλοισιν εἰκότες ἢ ψαμάθοισι. Item: Οὐδ' εἰ μοι πόσα δόση, ὅσα ψάμαθος τε κόνις τε. Formarunt etiam vocabulum ψαμμακόσιοι; ad formam nimirum vocabulorum numeralium quæ in κόσιοι desinunt, ut τετρακόσιοι, τετρακόσιοι. Stephanus ex Eupolide citat, ἀριθμῆν θεατὰς ψαμμακοσίους. Formarunt item vocabulum ψαμμακοσιογάραρα: quo quidem vocabulo designarunt ea quæ æquè innumerabilia essent, atque est



arena, & seges montis aut civitatis Gargarorum. Ad quod Poëta quoq; Latinus alludit, cum scribit, *Gargara quot segetes, quot habet Metbymna racemos*. Ceterū si maximè Poëtæ & Comici ipsum quoq; illud ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, haberent, nondum tamen id securos nos reddere posset, quòd ea locutio origine Græca, atque adeò proverbium Græcum sit. Quippe genius cujusque linguæ, ut non semel in Commentario de Hebraïsmis novi Test. monuimus, ex oratione potissimum soluta est æstimandus. Atqui in oratione soluta talia non observantur. Et, si maximè observaretur ὡς ἄμμος, tamen non observaretur ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης. In codicibus autem novi Test. quod phrasis ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης reperitur, non pro locutione & adagio Græco habenda ea est; sed pro locutione & adagio Hebraico. Hebræi hoc habent, ut, cum ingentem numerum designare instituunt, dicant  $\text{כִּי הָיָה לְכַחַב}$  ut arena maris. Exemplum Gen. XXXII. II. *Faciam semen tuum כִּי הָיָה לְכַחַב ut arenam maris*. Græci Interpretes verterunt sic, *θήσω τὸ σπέρμα σε ὡς τὸν ἄμμον τῆς θαλάσσης*. Pari modo iidem Interpretes fecerunt Gen. XLI. 29. *Συνήγαγον ὄσιον ὡς τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης*. Et Jos. X. 4. *καὶ ἐξῆλθον αὐτοὶ καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτῶν μετ' αὐτῶν, ὡς περὶ ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης τῷ πλήθει*. Rursum I. Reg. IV. 29. *Ἐδωκε Κύριος Φρόνησιν τῷ Σαλομών καὶ σοφίαν πολλὴν σφόδρα, καὶ πλάτος καρδίας, ὡς ἡ ἄμμος ἢ ὡς τὴν θάλασσαν*. Expresserunt Interpretes verbum de verbo. Quod nisi facere instituissent, eandem sententiam aliis verbis exprimere potuissent. Habet autem textus Hebraus in omnibus istis locis  $\text{כִּי הָיָה לְכַחַב}$  ut arena maris; vel  $\text{כַּחַב לְכַחַב}$  ut arena que est in littore maris. Suntque tam Græca ista, quam ea quibus respondent Hebræa, pro proverbio Hebraico habenda. Apparet quam solenne fuerit Hebræis, ut ingentem quendam numerum designaturi dicerent  $\text{כִּי הָיָה לְכַחַב}$  ut arena maris. Sive enim magnus exercitus, sive magna vis frumenti, sive magna sapientia, sive denique aliud quippiam magnum designandum esset, ipsa illa formula loquendi usi fuerunt. Quòd autem




autem locutio hæc in adagiis seu proverbiiis numeranda sit, id ex his quæ suprâ diximus intelligi licet. Quippe usus ita fert, ut quicquid comparationum hæc vel illa lingua peculiare habet, id pro linguæ ejus adagiis habeatur.

Sed est in novo Test. & alia comparatio, quæ ingentem quendam numerum designat; quod videlicet legitur καθὼς τὰ ἄστρα τῶ ἔρανε τῶ πλήθει sicut stella cæli multitudine. Locus est Hebr. XI. 12. Propterea & ab uno generati sunt, & quidem jam e mortuo, καθὼς τὰ ἄστρα τῶ ἔρανε τῶ πλήθει, sicut stella cæli multitudine, id est, tot numero homines, quot sunt stellæ cæli. Estq; hic ipse ille locus in quo & altera illa comparatio, de qua antea agebamus, comparet. Ceterum quam novissimè produximus comparationem, æquè ac alteram illam, Hebraicè in ipsis Hebraicis codicibus veteris Test. legere est. Ut Gen. XXII. 17. Multiplicabo semen tuum, i. e. subolem tuam, כְּכּוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם ut stellas cæli. Item Exod. XXXII. 12. Multiplicabo semen vestrum, i. e. subolem vestram, כְּכּוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם ut stellas cæli. Interpretes Græci: πληθυνῶ τὸ σπέρμα ὑμῶν ὡσεὶ τὰ ἄστρα τῶ ἔρανε. Sic & Deut. I. 10. ἰδὲ ἐστὶ σήμερον ὡσεὶ τὰ ἄστρα τῶ ἔρανε. Item X. 20. ἐποίησέ σε κύριος ὡσεὶ τὰ ἄστρα τῶ ἔρανε. Atq; his omnibus multitudo significatur Israëlitarum. Reperitur tamen & ad aliū quendam numerum exprimentum usurpata eadem comparatio. Ut Nahum III. 16. Multiplicasti mercatores tuos כְּכּוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם præ stellis cæli. Sed discrepant tamen hæc nonnihil à superioribus. Cum enim superioribus diceretur, numerum esse istum qui stellarum cæli est, his proximis dicitur, numerum eo qui stellarum cæli est, adhuc majorem esse. Qua ratione numerum itidem ingentem designatum esse intelligitur.



## CAP. III.

*De adagio κάμηλον διὰ τρυπήματῶν ῥαφίδος εἰσελθεῖν. Ex quibus Hebraicis id sit expressum. Quid vox κάμηλῶν hic significet. Super lectione vocis  in Alcorano dissensum à Bocharto. Item de adagio, διυλίζειν τὸν κώνωπα, κάμηλον, δὲ κῆπινειν. Κώνωψ quid animalis sit. Mos Hebraeorum percolandi vinum.*

**P**ORRÒ aliquid adagii & in illo est, quòd Matth. XIX. 24 legitur: *Ευκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματῶν ῥαφίδῶν διελθεῖν, ἢ πλῆσιον εἰς βασιλείαν τῆς Θεῆς εἰσελθεῖν.* Tantundem & Marc. X. 25, ac Luc. XVIII. 25 legitur; nisi quòd pro τρυπήματῶν apparet hic τρυμαλιαῶν. Quòd autem dicitur, *facilius esse camelum per foramen acus transire, quam divitem ingredi regnum Dei*, sensus est, eorum neutrum fieri posse. Sic & Luc. XVI. 17, quòd dicitur, *facilius esse celum & terram perire, quam ullum apicem legis*, sensus est tam hoc, quam illud fieri nequaquam posse. Quam ob causam & in Evangelio Matthæi idem hoc expressum sic est, *donec celum & terra pereat, nullum apicem legis peritutum esse.* Ceterum verba Evangelistæ quæ citavimus non omnia pro adagio haberi possunt; sed illorum modò aliqua; & quidem ista, κάμηλον διὰ τρυπήματῶν ῥαφίδῶν διελθεῖν *camelum per foramen acus transire.* Quibus verbis, ut apparet, ἀδύνατόν τι significatur. Sed non vulgares Græci tali locutione utuntur; sed habent illi alia quibus ad significandum illud utantur. Quòd autem Scriptores sacri tali locutiones usi sunt, id ideo factum, quòd simili Hebraica usus fuerat Salvator. Est quæ omnino phrasis quam dixi pro adagio Hebraico habenda. Sanè ex ipsis codicibus Hebraicis constat,  
Hebræ-



Hebræos, cum aliquid quod vel difficulter, vel prorsus non fieri posset, designare vellent, dixisse, *elephantem non transire per foramen acus*. Primò in Codice Talmudico Berachot, fol. 55. col. 2. legitur sic: *חָדַע דָּלָא מַחוּז לִיה לְאִנְשׁ לֹא דַקְלָא דְרַהַבָּא וְלֹא דַעֲיִיל דְעִיִּיל בְּקוּפָא דְמַחְטָא* Scias non vidisse quenquam neq; palmam auream, neq; elephantem qui intret per foramen acus. Deinde in Codice Talmudico Bayamezia fol. 38. col. 2. דִּילְמָא מְפּוּמְבֵדִיתָא *Fortasse tu ex Pumbedita es, qui introducunt elephantem per foramen acus*, id est, qui impossibilia aut incredibilia præstare possunt. Ergo phrasæ proverbiales hic duæ sunt, *elephantem per foramen acus transire*, & *elephantem per foramen acus traducere*. Quarum illa rem impossibilem; hæc rem impossibilem facere seu præstare, significat. Dicunt quoq; *הַכֵּנֶס פִּילָא בְּקוּפָא דְמַחְטָא* *introducere elephantem per foramen acus*. Ex præfatione libri Zohar Buxtorfius producit hæc: *אֲנַחְנוּ בְּשֵׁם אֱלֹהֵינוּ רָאִינוּ לְהַכְנִס פִּילָא בְּקוּפָא דְמַחְטָא* *Nos in nomine Dei nostri commodum judicavimus introducere elephantem per foramen acus*, h. e. rem maximè arduam præstare, vastum librum in minorem formam redigere. Sed in verbis illis Talmudicis non illud animal nominatur cujus in verbis Domini mentio fiebat; sed mentio fit alterius vasti animalis, & quidem elephantis. Verisimile est, Dominum, cum ejus quæ loquebatur linguæ adagium usurpare vellet, pro elephante camelum nominasse ideo, quod hoc animal in Palæstina, ubi Dominus sermones suos habuit, altero illo notius esset; quodque æquè ἀδύνατον est per foramen acus camelum transire, atque est per idem transire elephantem. Sed putarunt quidam, Dominum non animal, quod Latini camelum dicunt, sed rudentem & funem nauticum, nominare voluisse. Castalio fanè audacter vertit: *Iterumq; hoc vobis dico, facilius esse rudentem per foramen acus trajici, quam divitem in Dei regnum intrare*. Deinde in Annotationibus disserit ita: *κάμηλον ἔ camelum animal, ἔ funem nauticum declarat, qui rudens appellatur: quod Græcum nomen*



nomen paulum, ut fit, immutatum manet adhuc in Gallica lingua, in qua vocatur cable. quanquam tum per jota secundam syllabam scribi vult Phavorinus. Sed siue κάμηλⓄ scribi debeat, siue illud utrumque declarat, non est dubium, quin in ea notione accipi debeat, quæ sit sententiæ convenientior, ne Christum cogamus hic ineptissima similitudine uti, cum ea possit esse aptissima, &c. Primò igitur ille pro certo ponit, κάμηλⓄ utrumque, & animal, quod camelum dicunt, & rudentem significare. Deinde quia posterior significatio convenientior sit sententiæ, & ne Christus ineptissima similitudine usus putetur, vocabulum κάμηλⓄ hic pro rudente accipiendum censet. Quorum illud quod de ineptissima similitudine dicit, sanè non magni momenti est. Etsi enim camelus ab ea re quæ per foramen acus transmitti solet, id est, à filo, magis discrepat, quam rudens: tamen verum quoque per se est, camelum per foramen acus transire nequaquam posse. Accedit quod constare potest, Hebræos, si ἀδύνατον quoddam designare vellent, tali formula omnino usos fuisse, qua dicerent, vastum animal, & quidem elephantem, per foramen acus non transire. Si igitur prædicta illa Hebræorū locutio inepta habenda non est: Christi item habenda talis non erit; si maximè pro elephante camelum nominasse is putetur. Ceterum quod Castalio de duplici vocis κάμηλⓄ significatione tradit, id ex Theophylacto & Euthymio hausit. Quorū ille hac super re ita scriptū reliquit: τινὲς κάμηλον φασὶν ἐνθάδε εἶ ζῶον, ἀλλὰ παχὺ χοινίον πρὸς τὰς ἀγκύρας ἐπιτήδειον. Quod deinde de diversa vocabuli scriptione ex Phavorino tradit, idem ex paulo quoque antiquioribus Suida & Scholiaste Aristophanis proferre potuisset. Hi enim vocabulum quod rudentem significet, ab altero quod significat camelum, aliqua re differre, & quidem per Jota scribi, cum alterum per Eta scribatur, tradunt. Suidas: κάμηλⓄ τὸ ἀχθοφόρον ζῶον. κάμιλⓄ δὲ παχὺ χοινίον. Secundum Suidam igitur & Scholiasten Aristophanis, si in prædictis verbis Domini non de camelo, sed de rudente agi credendum sit, ab Evangelistis non κάμηλον, sed κάμι-



*κάμιλον* per Jota scriptum credi oportebit. Atqui omnes omnino codices habent *κάμηλον*. An autem *κάμηλον* per Eta scriptum non tantum camelum, sed & rudentem significet, in dubio adhuc est. Theophylactus & Euthymius non tam quid ipsi fenterint, quam quid dixerint alii, prodiderunt. Sed mirum tamen, qui fieri potuerit, ut quidam hoc ita dicerent; quamquam ejus rei causam habuerint. An ejus significationis qua vocabulum significet rudentem, exempla producere habuerunt ex antiquioribus? An verò suspicio inde tantum orta, quòd ei quod per foramen acus transmitti solet, minus dissimilem rudentem, quam camelum esse scirent? Illud quoque mirum, quod vox Arabica *جمل* utrumque & *camelum*, & *rudentem*, sed diversis tamen affecta vocalibus, significat. Nam per duplex Fatha scripta *camelum*; at per Damma & Fatha, vel adhuc aliter scripta, *rudentem* significat. Et facile assentior Bocharto putanti à voce Arabica, quatenus ea rudentem significat, ortas esse Hispanicam *gumena*, Italicam *gomena*, & Gallicam *gomeine*. Vide partis I lib. II cap. IV *ἱεροζωικῆς* ipsius. Quod autem idem Auctor putat, Muhammedem quoque in Alcorano, ubi ad proverbium quo Dominus usus est, alludit, non camelum, sed rudentem nominare voluisse, fallitur. Scribit ille prædicto loco, camelum in verbis Alcorani intelligere tam Latinum Interpretem veterem Petrum Cluniacensem, quam Gallicum nuperum, Andream du Ryer; sed utrumque perperam id facere: quia in textu Arabico vox quam dixi non per duplex Fatha, sed per Damma & Fatha legatur. Jam inspexi binos codices Alcorani, quos celeberrima Bibliotheca Electoralis Brandenburgica elegantissimè scriptos habet, observaviq; prædictam illam vocem *جمل* non per Damma & Fatha, sed per duplex Fatha in iis scriptam esse: ut mirer, virum summum de textu Alcorani planè diversum prodidisse. Neque enim verisimile est codices

C

Alcora-



Alcorani hic discrepare, summumque Virum aliquem inspexisse, qui aliter quam prædicti duo codices Electorales, habeat. Sed fortasse non ipsum Alcoranum inspexit ille; sed fide Lexici Alcamus id ita scripsit. Cum enim de lectione per Damma & Fatha dixisset, subjicit deinde: *Unde est quod Alca-*

*mus etiam legit* **حبل حتى يلدج الجمل** *et explicat*

**السفينة** *rudentem navis.* Ceterum prædicta illa verba Al-

corani quibus ad verba Domini alluditur, hæc sunt: **ان**




**الذين كذبوا بآياتنا واستكبروا عنها**

**تفتح لهم ابواب السماء ولا يدخلون**

**الجنة حتى يلدج الجمل في سم الخياط\***

*Quoniam qui mandata nostra inficiantur et contra ea se efferunt, non aperientur illis porta celorum, neque in paradysum ingredientur, donec ingrediatur camelus per foramen acus. Voluit & impostor ille ἀδύνατον τι notare. Et potuisset id facere ad eum modum quo fecit Christus; ut diceret, *facilius esse camelum ingredi per foramen acus quam eos qui mandata ipsius inficiantur, in paradysum ingredi.* Verum dixit potius, *eos qui mandata ipsius inficiantur, non intraturos in paradysum, donec camelus ingrediatur per foramen acus:* atque ita usus est tali formula, quali verba Domini à S. Matthæo exprimuntur. Nimirum cum S. Lucas, ut suprà dixi, verba Domini expresserit sic, *Facilius est calum et terram perire, quam ullum apicem legis,* S. Matthæus eadem expressit sic, *Donec calum et terra pereat, non peribit ullus apex de lege.* Ita dicunt quippiam non factum iri, donec aliud quippiam fiat. Et quia hoc non factum iri facile intelligitur, alterum item non factum iri colligendum inde est. Provocat etiam Bochartus ad*



ad illud quod  *gamol* Syris tam rudentem, quam camelum, significet. Ita enim statuere Novariam in Nomenclatore Arabico Syro Latino, Tr. 9. c. 8, & Bapt. Ferrarium in Lexico Syriaco; qui & ex mente Syrorum  Matth. 19. 24 funem nauticum quo religantur anchoræ, esse putet. cum enim Syrum *Gamol* utrumque sonet, liberum Syris esse id amplecti quod videtur commodissimum. Sed unde id probabitur,  Syris tam rudentem, quam camelum, significare? In versione verborum Domini apud Evangelistas qua notione accipienda vox sit, in controversia adhuc est. Alia verò, quibus id quod dixi probari possit, non suppetunt. Ceterum si vox גמול, quæ dialecti Hierosolymitanæ est, quæque Dominus in sermone suo sine dubio usus est, non tantum *camelum*, sed & *rudentem* significaret, mirum esset ni significationis ejus exempla in scriptis quoque Talmudicis ac Rabbinicis extarent. Atqui nulla dum significationis ejus exempla in scriptis Talmudicis & Rabbinicis sunt observata. Observatum potius, funes crassiores & rudentes Hebraicè פִּיטוּרִין vocari. Ex Codice Moëd Katon protulit Buxtorfius, קָשָׁה יְצִיאַת נֶשְׁמָה מִן הַגּוֹף כְּפִיטוּרֵי בְּפִי וּשְׁטָה *Gravis est exitus anima è corpore, ut rudentum per foramen angustum.* Quæ quidem verba Bochartus & ipse citat, ut in verbis Domini de rudente agi verisimile reddat. Putat enim, quia Hebraei de cetero, cum rem difficilem notare volunt, transitum rudentis per foramen angustum in exemplum producere soleant, credibile esse, Dominum item, cum ἀδύνατον π notare voluit, transitus rudentis per foramen acus mentionem fecisse. Quò minus tamen credā, transitum rudentis per foramen acus à Domino nominatum fuisse; utque potius existimem, Dominum, cum rem impossibilem notare voluit, transitum vasti animantis, & quidem cameli, per foramen acus exempli causa allegasse, non una me ratio movet. Et primò quidem reputo, quod sciri potest, Hebræis ita in more positum fuisse, ut,

C. 2

si rem



si rem impossibilem notare vellent, vasti animalis, & quidem elephantis, transitum per foramen acus exempli causa nominarent: cujus rei exempla ex Talmude & aliis jam supra sunt producta. Deinde ut ad Hebræorum adagium de transitu vasti animalis per foramen acus alluisse Dominum credam, ipsa quoque illa *foraminis acus* mentio me movet. In altero illo quod ex codice Moëd Katon protulit Buxtorfius, & ad quod provocavit Bochartus, mentio quidem fit *foraminis*; sed non *foraminis acus*: neque res ibi prorsus impossibilis, sed modo difficilis notatur. *Gravis est exitus animæ à corpore*, inquiunt Talmudici, *ut est transitus rudentum בפי וישט per foramen angustum, quale est gulæ.* וישט enim *gulam*, & porro per metaphoram *foramen angustum, quale est gula*, significat. Prioris significationis exempla Buxtorfius ex codicibus Talmudicis profert: posterioris verò in ipsis illis citatis verbis apparet. Jam funis crassior & rudens per foramen, quale est gulæ, difficulter quidem transit; sed transierit tamen. At Dominus, cum notare rem impossibilem voluit, foraminis adhuc minoris, & quidem foraminis acus, mentionem fecit. Et in verbis item Talmudicis, quibus res impossibilis notabatur, foraminis, quo vix minus esse potest, id est, foraminis acus, mentio fiebat. Vocatur quidem istiusmodi foramen in ipsis illis quæ dixi verbis Talmudicis קוּפָּא דְמַחְטָא. Alibi verò & נֶקֶב דְמַחְטָא vocatur. Buxtorfius ad radicem נֶקֶב ex codice Mischar happeninim dicto citat: אֵין נֶקֶב הַמַּחְטָא צָר לְשֵׁנֵי אוֹהֲבִים וְאֵין רוּחַב הָעוֹלָם דֵּי לְשֵׁנֵי שׁוֹנְאִים Foramen acus non est angustum duobus amicis: at tota mundi capacitas non sufficit duobus inimicis. Quoniam igitur non foraminis, quale gulæ est, sed multò angustioris, & quidem foraminis acus, tam in verbis Domini, quam in locis Talmudicis quæ dixi fit mentio: nihil porro dubitandum videtur, quin Dominus ad ipsum illud de elephante adagium Hebræum alluserit, proque elephante camelum nominarit. Denique & illud reputandum, quòd, ut supra dixi, si vox נֶקֶב, qua Dominus sine dubio



bio in sermone suo usus est, *rudentem* quoque significasset, & rudentem Dominus nominare voluisset, significationis ejus exempla in codicibus Talmudicis ac Rabbinicis observata essent. Quia verò observata non sunt, talem vocis significationem nec obtinuisse existimandum est scilicet. Ceterum quia Dominus, cum rem impossibilem designare voluit, non cum elephantis, sed cameli transitu per foramen acus eam comparavit, colligi inde fortassis possit, quod æquè de camelo, ac de elephante proverbium usurpatum apud Hebræos fuerit; quamvis in ipsis codicibus Hebraicis exempla ejus nondum sint observata. Nisi enim res ita se haberet, & si adagium de elephante tantum usurpatum fuisset, dicturus potius fuisset Dominus, *facilius esse elephantem per foramen acus transire, quam divitem in regnum celorum intrare.*

Videamus porrò & alterum de camelo proverbium quod in novo Test. exstat. Nimirum cum Dominus notare voluit Phariseos, quòd illi in rebus minimis superstitiosi & anxii essent, interim verò ea quæ majoris momenti sunt, & in quibus pietas præcipuè consistit, negligenter, dixit, *Οδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ διυλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον κ' ἐπίνοντες.* *Duces cæci, excolantes culicem & deglutientes camelum.* Vide Matth. XXIII, 28. κώνωψ hic *culicem* significat *vinarium*, qui ex vino aciescente natus eodem alitur & nutritur. Aristoteles in lib. V Hist. anim. cap. 19 de eo ita: *Οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων, οἱ γίνονται ἐκ τῆς πρὸς τὸ ὄξιλον.* *Culices vinarii oriuntur ex vermiculis qui ex face aceti oriuntur.* Item lib. IV c. 8. *Ο δὲ κώνωψ πρὸς εὐδὲν γλυκὺ πρὸς τρέχει, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὄξια.* *Culex vinarius ad nihil quod dulce est accurrit, sed tantum ad acida.* Plutarchus in lib. contra Stoicos; *χαίροντες (οἱ κώνωπες) λάμπη κ' ὄξει. τὸν δὲ πότιμον κ' ἔρητον οἶνον ἀποπετόμενοι φεύγουν.* *Delectantur culices vinarii sputa vini & aceto: potulentum autem & suavè vinum avolantes fugiunt.* Item Symposiakῶν lib. IV cap. 1. mentionem facit vini *ἀγρωτέρας ἐκ πίθας κωνώπων χορῶν παρὰδομένας acerbioris ex dolio, quod culicum vinari-*



*rum chorus circumstrepit.* Anatolius lib. VI Geoponικῶν post uvas calcatas torcular diligenter abstergi vult, quia residuus humor fructum conculcatum corrumpat, καὶ τὸν κώνωπα ποιῆ ἔσ culicem vinarium generet. Istiusmodi igitur culicem vinarium Phariseos excolare ait Dominus. Et dictum quidem hoc ab ipso est figuratè. Sed verum tamen, culicem vinarium Judæos & propriè excolasse. Nimirum colo aut sudario vinum percolare solebant, ne culex vinarius, aut aliud quoddam animalculum immundum, ab incautis deglutiretur. Ex Codice Talmudico Schabbath Buxtorfius ad rad. סנן affert ומסננין היין בסודרין ἔσ colant vinum per lintea. Et ex Mosis Maimonidæ Tractatu de cibis vetitis: המסנן את היין או את החומץ או את השכר ואכל *Qui percolat vinum aut acetum, aut siceram, ἔσ comedit culices aut muscas, ἔσ vermes, quos percolavit, vapulat.* Ubi vocabulo יבחוסין eadem illa animalcula denotantur, quæ Græcis dicuntur κώνωπες, id est, culices vinarii. Atque ipsa illa voce Dominus sine dubio & usus fuit, cum Phariseorum superstitionem notavit. Codex Talmudicus Cholin fol. 67. ad multiplicandum, id est, ut Buxtorfius explicat, ad includendum, ad comprehendendum, *culices quos percolant.* Ubi Glossator vocabulo יבחוסין significari ait כמין יתושיין דקין הנמצאין במרתקות של יין *genus culicum pusillorum, qui in facibus vini reperiuntur.* In Codicibus Talmudicis Nidda & Zebachim idem Buxtorfius docet, יבחוסין אדומין *culices rubros* dici. Item Glossatorem monere, יבחוסין *culices vinarios* provenire in fundo doliolorum vinariorum extrinsecus. Quoniam igitur apud Judæos moris fuit, ut vinum propriè colarent; ne scilicet animalcula ei mixta, id est, culices vinarios, simul deglutirent; utq; adeò ipsos quoque culices vinarios colarent, id est, colando vinum ab hoc eos separarent: factum est ut phrasis illa סנן יבחוסין διυλίξεν κώνωπα *colare culicem vinarium,* & figuratè acciperetur; & quidem ita ut significaret à peccatis levioribus cavere, ut interim



rerim graviora admittere non dubites. Ceterū ipsum quoque illud *peccata graviora admittere* peculiari phrasi, figuratè itidem ac per metaphoram, expressum est; & quidem phrasi  $\Gamma\alpha\ \epsilon\lambda\beta\epsilon\ \kappa\epsilon\ \pi\acute{\iota}\nu\epsilon\iota\nu\ \tau\acute{\eta}\nu\ \kappa\acute{\alpha}\mu\eta\lambda\omicron\nu$  *deglutire camelum*.  $\tau\omicron\nu\ \kappa\acute{\omega}\nu\omega\pi\alpha\ \delta\iota\upsilon\lambda\acute{\iota}\zeta\omicron\nu\tau\epsilon\varsigma$ , inquit Dominus,  $\kappa\acute{\iota}\ \tau\acute{\eta}\nu\ \kappa\acute{\alpha}\mu\eta\lambda\omicron\nu\ \kappa\epsilon\ \pi\acute{\iota}\nu\omicron\nu\tau\epsilon\varsigma$ , *culicem vinarium colantes*, ne scilicet deglutatur ille, & camelum deglutientes. Sed propriè & sine figura deglutiri camelus nequit. Unde suspicatus est Cajetanus, locum esse corruptum, & Christum non camelum, sed genus quoddam muscæ majoris nominasse, quod bibendo deglutiri possit, alioqui rationē oppositionis non constare. *Nihil commune est, inquit, camelo & glutitioni, nullaque consonantia respondet excolationi culicis glutitio cameli.* Propter quæ crediderim ego, tam Grecum quam Latinum textum corruptum haberi in nomine proprio istius animalis. Contextus metaphoraë exigat ut animal aliquod magnum significetur, quod deglutiri bibendo potest: alioqui non quadrat metaphora. sonat enim parabola hæc, quod bibendo hinc evitatis tanta diligentia culicis immunditiam, ita ut excoletis eum; inde autem glutitis (procul dubio bibendo) animal magnum immundum, puta muscæ magnam, quam vulgariter dicimus musconem. Si diceretur, *æstrum &c.* sensum clarum haberemus. Cui scrupulo Cajetani non rectius occurri potest quam verbis Ambrosii Catharini quæ in Annotationibus ejus ad dogmata Cajetani leguntur, & sic habent: *Verè non solet deglutiri camelus; sed nec solet asinus ad lyram: & tamen etiam jucundè dicitur, Asinus ad lyram, congrua certè metaphora, cum hominem ad rem quampiam ineptum volumus significare.* Verum ut per Scripturas confutetur, nonne dixit Dominus, *quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Nunquid ergo solet esse trabs in oculo? Item sciebat Dominus, qui novit omnia, non solere deglutiri camelum: sed ob hoc ipsum conveniebat parabola.* Talia enim erant Phariseorum crimina, qualia illud animal, nempe immanitate ingentia, iniquitate tortuosa, & per hoc suapte natura inglutibilia: quæ tamen illi facile admittentes tanquam glutiebant, cum nihilominus vitarent parva.

CAP.



## CAP. IV.

*De adagio κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα. In adagiis ferè comparationum modò περιτάσεις exprimi. De adagio τῆς λασαμένης εἰς κύλισμα βορβόρος ἐπιστρέψασα. Esse ἔ hoc pro Hebraico habendum. Quid ei usurpando occasionem dederit. De adagiis δέναι τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, ἔ βάλλειν τὰς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων.*

**I**N posteriore epistola Petri duo adagia sunt propter se posita, quorum una eademque est sententia; quæque ibidem & disertè περιμίαι appellatur. Verba Apostoli in cap. II. ejus epistolæ sic habent: Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθῆς περιμίαιας, κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα. καὶ, ἡ λασαμένη εἰς κύλισμα βορβόρος. *Accidit illis quod vero proverbio dicitur, Canis reversus ad vomitum suum. Et, Sus lota ad volutabrum cœni; subaudi ἐπιστρέψασα reversa. hoc enim ἀπὸ κοινῆς repetendum esse, facile intelligitur. Utriusque adagii quæ sit sententia, minimè obscurum est; videlicet quod falsi doctores atque impostore, quos pluribus verbis descriperat, ad antiquum & ad pristina flagitia redeant; quomodo canis, quod ipse vomuit, resorbet, & sus cum lota est, se rursus in cœnum provolvit. Sed adagiorum istorum unde arcessenda origo est? Ab Hebræis sine dubio. Hi quippe primi istiusmodi verba concinnarunt; ut, cum significare vellent, ad pristinas fordes ac flagitia aliquem redire, dicerent, canem ad suum vomitum, & suam lotam ad volutabrum cœni redire. Et duorum adagiorum prius quidem in ipsis sacris literis, ipsis verbis Hebraicis consignatum visitur. Nimirum Prov. XXVI. II verba sic habent: כָּלֵב שָׁב עַל קִוְיָוּתוֹ כַּאֲשֶׁר חָזַר הַכֹּלֵב עַל הַבֹּמִיטוֹ. *Ut canis redit ad vomitum suum: ita stultus iterat stultitiam suam.* Apparet hic integra quædam comparatio*

tio



τιο *πρωτάσει & ἀποδόσει* constans. At S. Petrus in epistola, ubi *παρημίαν* & adagium se afferre ait, solam *πρωτάσειν* habet; ut ne voculam quidem comparativam *ὡς*, aut similem, præmittat. *Κύων*, inquit, *ἴππιστρέψας* *πρὸς τὸ ἴδιον ἐξέεραμα*. Et sanè moris ita est in omnibus linguis, ut, cum adagia usurpantur, non integræ comparationes, *πρωτάσει & ἀποδόσει* constantes, fiant; sed *ἀπόδοσις* ferè subaudienda relinquatur. Ita Græci, cum hominem avarum, quique omnia sui commodi causa facit, notare voluerunt, non integram comparationem fecerunt hoc modo, *ἐστὶ ὁμοίος ἐστὶ τῷ Ασπένδιῳ κιθαριστῇ* *Hic similis est Aspendio citbarædo*: vel, ut Zenobius ferè habet, *καθάπερ ὁ Ασπένδιος κιθαριστῆς ἐδεμίαν Φορὰν ἐξω φέρει, πᾶσας δὲ ἐν τῷ ὄργανῳ ἔτιως ὁ Φιλοζήματῳ ἐδὲν τῶν πέλας ἐνεκεν οἰκονομῆι, ἔλκει δὲ ἐφ' ἑαυτὸν πάντα*. *Quemadmodum Aspendius citbarædus non exterius, sed tantum intus canit: ita homo avarus nihil propter alios agit, sed omnia ad se trahit*. Non, inquam, integras istiusmodi comparationes fecerunt Græci; sed dixerunt modò, *Ἀσπένδιος κιθαριστῆς Aspendius citbarædus*; vel additis quibusdam, quæ tamen non nisi ad *πρωτάσειν* pertinent, *Ἀσπένδιος κιθαριστῆς ἐδεμίαν Φορὰν ἐξω φέρει, πᾶσαν δὲ ἐν τῷ ὄργανῳ*. *Aspendius citbarædus omnia intus canit*. Videtis quæ de adagio hoc Græcorum suprâ in cap. I dicta sunt. Sed, ut ad adagium Hebraicum redeamus, eodem ferè modo, quo S. Petrus, id est, concisè, protulit illud R. Abba filius Cahanae, ut est in Vajikra Rabba Sect. 16. Verba hujus recensentur ibi sic: *חזר קיאו רעורסוּס אֶל קיאו רעורסוּס אֶל קיאו רעורסוּס* *Reversus est Tobias ad Tobiam* (i. e. *ad ingenium rediit*) *quemadmodum dicitur, Sicut canis revertitur ad vomitum suum*. Tantum illud interest, quod præfixum *כ*, quod similitudinis nota est, hic adjectum est, cum in verbis Petri vocula similitudinis *ὡς*, aut similis, non appareat. Additur autem in eodem in Leviticum Commentario, R. Josuam filium Levi dixisse, *חזר שׂוֹיָא לְאֹרַח שׂוֹתְיָהּ כְּדָא כְּסִיל שׂוֹנָה* *Reversus est stultus ad viam stultitiae suae, quemadmodum dicitur, Stultus iterat stultitiam suam*. In quibus ex Proverbiis Salomo-

D

lomo-





lomonis citantur illa altera, quæ comparationis ex iisdem Proverbiis citatæ ἀπόδοσις & pars posterior sunt.

Alterum adagium quod ex posteriore epistola Petri produximus, quodque Apostolus ait convenire in eos qui in pristina flagitia relaberentur, & ipsum habendum erit pro Hebraico. Habet illud sic: τς λασαμένη εἰς κύλισμα βορβόρα. Et subaudienda, atque ἀπὸ κοινῆ repetenda, sine dubio est vox ἐπιστρέψασα; ut proverbium integrum omnino sic habeat, τς λασαμένη εἰς κύλισμα βορβόρα ἐπιστρέψασα. *Sus lota ad volutabrum cœni reversa, vel revertens.* Jam porcorum in luto volutationis mentionem Scriptores sanè Græci atque Latini subinde fecerunt. Plinius lib. VIII c. 51. *In luto volutatio suillo generi grata.* Varro lib. II c. 4. *Admissuras (suum) cum faciunt, prodigunt in lutosos limites ac lustra, ut volutentur in luto, quæ est illorum requies, ut lavatio hominis.* Ubi per *lustra* intelligendæ sunt lacunæ lutosæ; ut vocẽ explicat Festus. Verba hujus sunt: *Lustra significant lacunas lutosas, quæ sunt in sylvis aprorum cubilia. A qua similitudine ii qui in locis abditis & sordidis ventri & desidia operantur, dicuntur in lustris vitam agere.* Item: *Lacuna aquæ collectio, à lacu derivatur, quam alii lamam, alii lustrum dicunt.* Quam naturale & jucundum sit suis in cœno volutari, exponit etiam Lucretius in lib. VI.

*At contra nobis cœnum teterrima cum sit*

*Spurcities, eadem subus hæc jucunda videtur,*

*Insatiabiliter toti ut volvantur ibidem.*

Aristoteles lib. VIII Hist. anim. c. 6 ait, τὰς ὕς τῷ λέεσθι ἐν πηλῷ πιάσειν suas lavando in cœno pinguescere. Quod etiam pertinet quod Ælianus lib. V Hist. anim. c. 45 habet: παχύνεσθι δὲ τὸν σὺν ἀκῆω, μὴ λρόμενον μάλιστᾶ, ἀλλ' ἐν τῷ βορβόρῳ διατρέβοντα ἢ σρεφόμενον (sic enim legendum pro σρεφόμενον, quod est in editis) ἢ πίνοντα ὕδωρ τεθολωμένον, *Suem pinguescere audio, non cum plurimum lavatur, sed cum in luto versatur ac volutatur, & aquam turbidam bibit.* Item quod Clemens Alexandrinus in Pro-



Protreptico citat ex Democrito : ὕες ἠδονται βορβόρω μᾶλλον ἢ καθαρῶ ὕδατι, καὶ ὅτι φορτυὰ μαργαίνουσι. *Sues delectantur cæno magis quam munda aqua: Et in cæno lasciviunt.* Observes quoque, homines vitiis obfitos à scriptoribus Græcis ac Latinis cum suis comparari. Et pertinet huc illud Cratetis quod Michaël Apostolius Adag. 1901, ut nostro simile recenset, ὕς ἐν βορβόρω ἰλυσπᾶται. *Sus in cæno se provolvit.* Deinde Auctor Inventionis in Salustium sic habet: *Nil aliud studet nisi ut lutulentus sus cum quovis volutari.* Pertinet huc itē illud Horatii, l. i. ep. 4. *Cum ridere voles Epicuri de grege porcum,* id est, qui in voluptatibus, quomodo porcus in luto, volutetur. Sed & quod ex Festo proferebamus, huc pertinet: *A qua similitudine ii qui in locis abditis Et sordidis ventri Et desidia operam dant, dicuntur in lustris vitam agere.* Hic enim, ut dixi, *in lustris* idem est quod *in lacunis lutosis.* Annon igitur id quod novissimè protulimus adagium pro Græco potiùs, aut Latino, quam pro Hebraico est habendum? Primò in Græcis atq; Latinis nondum apparuit, quod *sus, cum lota est, ad cænum redeat*; sed illud tantum, quod *sus in cæno volutetur, eodemq; delectetur.* Deinde non in ceteris linguis, sed in sola Hebraica apparet, quod adagio occasionem dedisse videtur. Nimirum חזיר Hebræis *suem*; חזר autem *redire, reverti* significat. Etsi enim verbū hoc in stylo S. Scripturæ non observatur, in stylo Rabbinico tamen, non ita impuro illo, satis frequens est. Ut in Codice Talmudico עירובין cap. I. כל המחזיר אחר הגדולה בורחת ממנו וכל *Omnis qui seclatur dignitatem, eum dignitas fugit: qui autem fugit dignitatem, ad eum dignitas revertitur.* Dicunt etiam, חזר בך *redi in te, repete tecum.* Item חזרתו *circumivi totam Scripturam.* In Beth Israël fol. 49 ex Sota citatur, התורה חוזרת על לומריה *lex circuit, ut inveniat discentes.* Suprà quoq; in hoc ipso capite ex Vajikra R. citavimus, quod R. Abba dixerit, חזר טוביה לתוביה *Reversus est Tobias ad Tobiam,* & R. Josua, חזר שטיא לאורח שטותיה *Reversus est stultus*



*ad viam stultitiae suae.* Quoniam igitur certum omnino est, חזיר *porcum* seu *suem*, חזר autem idem quod Græcum ἀπιστέφειν & Latinum *redire* significare: suspicari jam licet, ipsam illam cognationem vocabulorum occasionem dedisse illud quod novissimè protulimus adagium concinnandi. Græcè ab Apostolo expressum sic est, τς λασυμένη εἰς κύλισμα βορβόρα ἀπιστέψασα. Nimirum illud ἀπιστέψασα ex his quæ præcedunt, ἀπὸ κοινοῦ repetendum esse monuimus. Hebraicè igitur idem adagium ferè sic habuit: חזיר מרחץ על צנפת הטיט חזיר. In Codice Talmudico Berachot fol. 43. 2 aliud à suis in cæno volutatione petitum adagium legitur; sed ut sus non vulgari nomine חזיר, sed רבר אחר *res alia* appelletur. Verba hæc sunt, אמרי, אבישי תלה ליה קורא לרבר אחר ואיהו רידיה עביר *Dicunt homines*, (id est, ut aliàs dicunt, אמרי אבישי *Hoc est proverbium quod dicunt homines*) *appende teneram seu mollem partem palmae sui, & illa quod suum est faciet*, id est, ut R. Salomon explicat, יגלגלונו באשפה שזו היא אומנותו *volutabit id in sterquilinio, id enim ejus opus est.* Sensus autem est, unumquodque agere secundum naturam & consuetudinem suam. Ceterum sus, ut Elias in Thisbi notat, à Rabbinis רבר אחר *res alia* appellatur, quod mentionem ejus nominis facere nolint apud pueros, ne inde occasionem capiant de sue interrogandi, tandemque & comedendi. Sunt autem & alia quæ רבר אחר à Rabbinis appellantur; ut lepra, coitus, & alia quædam, quæ suis nominibus appellare verentur. Vide Lex. Talmud. Buxtorffii, vocab. רבר. Ad adagium à S. Petro usurpatum ut redeamus, allusit ad idem Gregorius quoque Nazianzenus ἡλιπευτ. I. Cum enim commemorasset, Imperatorem Julianum sacrum baptismum impio sacrificiorum sanguine abluisse, subjungit deinde, ἵς ἐν βορβόρω κυλιθεῖς, καὶ τὴν περιμίαν *sus in luto volutata, secundum proverbium.* Verùm aptius ipsique Juliano congruentius, ipsa verba S. Petri usurpasset, τς λασυμένη εἰς κύλισμα βορβόρα ἀπιστέψασα. Julianus enim non semper idololatra fuit, ac Diis sacrificavit;



cavit; sed initio Christianus ac baptizatus fuit: deinde verò, quemadmodum sus lota ad volutabrum cœni redit, ita ille ad sordes idololatriæ relapsus est.

Porro in illo quoque aliquid proverbiale esse videtur, quod Matth. VII. 6 legitur, *Μὴ δώτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τὰς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων.* *Ne detis sanctum vestrum canibus, neque projiciatis margaritas vestras coram porcis.* Coniunguntur in his rursus duo animalium genera, canis & porcus scilicet: suntque in iisdem phrases proverbiales duæ, *δῶναι τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ dare sanctum canibus, & βάλλειν τὰς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων projicere margaritas coram porcis.* Et quidem per τὸ ἅγιον *sanctum*, & τὰς μαργαρίτας *margaritas* seu *uniones*, mysteria Evangelii; per canes & porcos autem, qui præfractè ea contemnunt & impugnant, intelliguntur. Et sensus verborum est, ut verbis Cl. Bocharti hunc exprimam, si quis sanctæ doctrinæ profanum contemptorem aut obstinatum hostem se præbeat, adeò ut præcones verbi divini non tantùm non audiat, sed & acre iis bellum indicat, pro cane & porco eũ habendum esse, id est, pro eo cui sacra hæc mysteria proponere tam sit absurdum, quam si quis cani rem sanctam, exempli gratia sub lege partem aliquam sacrificii, projecisset, aut porco pretiosissima quæque. Videamus autem & rationem moniti; quam Salvator ilico annectit. *Μήποτε, inquit, κἔπατήσωσιν αὐτὰς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, κὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς.* *Ne conculcent eas pedibus suis, & conversi discerpant vos.* Quibus verbis significatur, si mysteria Evangelii talibus quales dixi promiscuè proponantur, duplex inde incommodum oriri. Primò quod mysteria Evangelii ab hominibus profanis contemnuntur, quemadmodũ à porcis proculcantur margaritæ, utpote qui pretium earum nesciunt. Quòd quidem in ipsorum illorum perniciem redundat, utpote qui contemptu isto reatum sibi non parum augent. Alterum incommodum est, quòd quia homines profani verbum Dei non tantùm contemnunt, sed & oderunt, metuendum est, ne, dum



præcones verbi divini intempestivè eos hortantur, eosdem & irritent, ac ipsi sibi grave malum attrahant, si ex contemptoribus illi & persecutores fiant, & Ecclesiæ bellum indicant. Sed proximorum adagiorum & originem videamus. Et scire quidem licet, veteres Hebræos planè gemina usurpasse. In capite I libri Mischar happeninim leguntur hæc: **לֹא תִשְׂרֹף חֵטְאֵי חַיִּים לְפָנַי הַחַיִּים** *Ne projiciatis margaritas coram porcis.* Et explicatio additur his verbis: **וְלֹא תִסְמְרוּ חֵכְמָה לְמִי שֶׁאֵינוֹ יוֹדֵעַ מַעֲלָתוֹ** *Et ne tradatis sapientiam ei qui ignorat præstantiam ejus.* Sed & ratio adjicitur: *Nam pretiosior est gemmis, & qui non querit eam, pejor est porco, qui fœdat & volutat se in sterquilinio. Sic qui non novit dignitatem sapientia, profanat gloriam ejus.* Quod igitur apud veteres Hebræos de præceptis sapientiæ in universum dictum fuit, id Christus præceptis suæ sapientiæ, præsertim interioribus, applicavit, inq; proponendis mysteriis Evangelii prudentiam adhiberi jussit. Quò quidem & pertinet, quod, cum Apostolos ad docendum misit, in unaquaque urbe & vico eos explorare jussit, ecquis ibi esset dignus cui mysteria Evangelii proponerentur. Vide Matth. X. II. Pertinet huc item quod Act. XIII. 46 legitur: *Vobis oportebat primum proponi verbum Dei. Quia autem repudiatis illud, vosq; ipsi non dignos reputatis vita aeterna, ecce convertimur ad gentes.* Hugo Grotius cum verbis Christi comparat illa Platonis: *Ευλαβῆμέν τοι μήποτε ἐκπέσῃ τοῦτα εἰς ἀνθρώπους ἀπαίδευτους. χεδὸν γάρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἔστι τέτων πρὸς τὰς πολλὰς γελαστότερα ἀνέσματα.* Item illud Heracliti: *τὸ τῆς γνώσεως βάθη κρύπτειν ἀπισίῃ ἀγαθή.* Et Lysidis Pythagorici in epist. ad Hipparchum: *Μὴ κοινὰ ποιῆσθαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ τοῖς εἰδ' ὄναρ τῶν ψυχὰν κεκαθαυμένοις.*

CAP.



## CAP. V.

*De adagijs ἐκβάλλειν τὴν δοκὸν ἐκ τῆς ὀφθαλμοῦ αὐτῆς, ἔκβάλλειν τὸ κάρφον ἐκ τῆς ὀφθαλμοῦ τῆς πέλας. Liber Musar, ἔκβάλλειν τὸ κάρφον ἐκ τῆς ὀφθαλμοῦ τῆς πέλας. Liber Musar, ἔκβάλλειν τὸ κάρφον ἐκ τῆς ὀφθαλμοῦ τῆς πέλας. Loca veterum Christianorum, quibus ad adagia ista alluditur. Loca item τῶν ἔξω, quorum eadem est sententia. De adagio ἰατρὸς θεράπεισον σεαυτὸν. ἡ ἄβρολή per Hebraismum pro παρημία; ἔκβάλλειν hoc pro illo positum.*

**I**N capite VII Matthæi docet Dominus inter cetera, non temere de aliis judicandum esse; sed dispiciendum potius, ut gravioribus criminibus ipsi vacemus. Sunt quæ in dissertatione Domini phrasæ proverbiales istæ, ἐκβάλλειν τὴν δοκὸν ἐκ τῆς ὀφθαλμοῦ αὐτῆς *eximere trabem ex oculo suo*, & ἐκβάλλειν τὸ κάρφον ἐκ τῆς ὀφθαλμοῦ τῆς πέλας *eximere festucam ex oculo alterius*. Ipsa dissertatio Domini sic habet: τί βλέπεις τὸ κάρφον τὸ ἐν ὀφθαλμῷ τῆς ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν ἢ κενόεις; ἢ πῶς εἰς τὸν ἀδελφῷ σου, ἄφες ἐκβάλλω τὸ κάρφον ἀπὸ τῆς ὀφθαλμοῦ σου, ἢ ἰδὲ ἢ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου; ὑποκριτὰ, ἐκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τῆς ὀφθαλμοῦ σου, ἢ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφον ἐκ τῆς ὀφθαλμοῦ τῆς ἀδελφοῦ σου. *Quid spectas festucam quæ est in oculo fratris tui; trabem autem quæ est in oculo tuo, non animadvertis? Aut quomodo dices fratri tuo, Sine ejiciam festucam ex oculo tuo: ἔκβάλλειν τὸ κάρφον ἐκ τῆς ὀφθαλμοῦ τῆς πέλας? Hypocrita, ejice prius trabem ex oculo tuo; ἔκβάλλειν τὸ κάρφον ἐκ τῆς ὀφθαλμοῦ τῆς πέλας, ut ejicias festucam ex oculo fratris tui.* Hic, ut facilè apparet, per τὸ κάρφον *festucam*, vitium seu crimen leve; per τὴν δοκὸν *trabem* autem vitium seu crimen grave intelligendum. Et ἐκβάλλειν τὴν δοκὸν ἐκ τῆς ὀφθαλμοῦ αὐτῆς *eximere trabem ex oculo suo* idem est quod seipsum à graviore crimine immunem præstare, nec ampliùs ei indulgere; & ἐκβάλ-



ἐκβάλλειν τὸ κάρφον ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τῆς πέλας *eximere festucam ex oculo alterius* idem est quod admonendo & corripiendo facere, ut alter quoque à vitio quodam leviore sibi caveat. Ceterum phrasēs, ἐκβάλλειν τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ *eximere trabem ex oculo suo*, & ἐκβάλλειν τὸ κάρφον ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τῆς πέλας *eximere festucam ex oculo alterius*, non in Græcia natæ; sed à Scriptoribus sacris N. T. formatæ sunt ad Hebræas phrasēs. Et una quidem earū ad Hebraicam נטל קורה מבין עיניו *tollere vel eximere trabem ex oculis suis*: altera verò ad Hebraicam וני פלוני קיסם מבין עיני פלוני *eximere festucam ex oculis alicujus*. Utraque Hebræa apparet in Codice Talmudico Erachin fol. 16. c. 2. Ibi quippe R. Tarphon inducitur dicens, mirari se, si quis in hac generatione redargui se ab alio patiat; quia, si quis dicat, וני פלוני קיסם מבין עיניו *tolle vel exime festucam ex oculis tuis*, ei dici vicissim possit, קורה מבין עיניו *tolle seu exime trabem ex oculis tuis*. Tantundem ferè & in Cod. Bava bathra fol. 15. c. 2 legitur. Drusius ex cap. XVIII libri Musar partem hujus priorem citat sic: וני פלוני קיסם מבין עיניו *tolle festucam ex dentibus tuis*; & ad Adagium III Decurixæ I; itemque lib. I Observationum cap. XI monet, Christum pro dentibus posuisse oculum in proverbio, *Tolle festucam ex dentibus tuis*. At ego non dubito, quin in libro Musar mendum sit, & legendum ibi quoque non וני פלוני, sed וני פלוני. Quod vel ex eo colligitur, quod in libro Musar non est וני פלוני, ut Drusius habet; sed וני פלוני, cum duplici Jod: quod idem & in וני פלוני apparet. Elias Levita in Thisbi ad radicem נטל partem posteriorem itidem ex Rabbinis citat, & quidem hoc modo, וני פלוני קורה מבין עיניו. Verum pro וני פלוני legendum est מבין עיניו, ut Lud. Cappelus in Spicilegio monet. Caspar Seidelius in Sententiis quas collegit Hebræorum, & hanc habet: וני פלוני קיסם מבין עיניו *Quomodo dices, Tolle ex oculis tuis festucam fractam, (i. e. fragmentum festuæ) & super palpebris tuis est tanquam trabs tigni*. Quæ si in Rabbinis omnino ita legantur, congruit initiū eorū cum verbis Christi πῶς εἰπῆς; quo-



*quomodo dices? id est, qua fronte dices? quomodo audebis dicere? Sed leviter tamen tam quod Seidelius protulit, quam quod ex Codice Erachin citabamus, discrepat à verbis Domini; quòd is qui alterum temere reprehendit, dicens inducitur, Tolle festucam ex oculis tuis, atque ita admonens alterum, ut ipse festucam ex oculis suis eximat; cum in verbis Domini idem inducatur dicens, Sine ut festucam eximam ex oculo tuo, atque ita profitemens, ipsum se festucam ex oculo alterius exempturum. Atque eo Adagio, origine quamvis Hebraico, multi deinde veterum, sed Christiani illi & qui sacras literas versarunt, sunt usi. Tertullianus lib. IV c. Marc. c. 17. *Eximat & de oculo suo trabem hareticus: tunc in oculo Christiani siquam putat stipulam, revincat.* Ubi quod alii *festucam*, ille *stipulam* vocat. Hieronymus lib. I adversus Rufinum: *Cave, quaso, ne per trabem tuam festucam meam videas.* S. Basilius apud Antonium Melissam Serm. LXXVI: *Multi festucam quae est in fratris oculo considerant; trabem sui oculi non vident.* Sedulius lib. III Op. Paschalis v. 582. de Phariseis adulteram, de qua legitur Joh. VIII, accusantibus:*

*Non poterat quisquam festucam evellere parvam  
Ex oculo alterius, proprio qui lumine grandem  
Sciret inesse trabem.* - - -

Laudat & Isidorus Pelusiota in epist. LXXXII libri I, ubi Israëlitas qui scortationem vindicaturi expeditionem susceperant, justè caecos docet. *Εμαθον τῆ πείρα, inquit, ὑποκερτὰ, ἐκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τῆ ὀφθ. σ8, ἢ τὰ ἐξ.* Experimento didicerunt illud, *Hypocrita, ejice primum trabem ex oculo tuo.* Scriptores oī ἐξω non quidem ipsas illas de trabe & festuca phrases usurparunt: sed usurparunt tamen super eadem re alias quasdam locutiones figuratas. Horatius crimina cujusque propria *tubera*; aliorum verò *verrucas* vocat. Nimirum lib. I Sat. III versiculi ejus sic habent:

*Qui ne tuberibus propriis offendat amicum,  
Postulat, ignoscat verrucis illius. equum est  
Peccatis veniam poscentem reddere rursus.*

E

Seneca



Seneca *ulcera & papulas* appellat. Ut lib. de vita beata cap. XXVII: *Papulas observatis alienas, ipsi obsiti pluribus ulceribus. Hoc tale est quale si quis pulcherrimorum corporum nevus aut verrucas derideat, quem vera scabies depascitur.* Pertinet huc item figuratum illud de mantica apud Persium: *Sed non videmus mantica quod in tergo est.* Item:

*Sis nemo in sese tentat descendere, nemo:*

*Sed precedenti spectatur mantica tergo.*

Quibus verbis ad fabulam Æsopi de duabus manticis alluditur, quarum una alienis vitiis onusta ante oculos; altera nostra ipsorum continens, retro pendeat. Sed & in eandem sententiam plurimæ locutiones propriæ observantur. Plutarchus in lib. de curiositate, ex vetere Comico citat:

Τὸ μὲν ἀλλότριον, ἄθροπε βασκανώτατε,  
κακὸν ὄξυδερχεῖς, τὸ δ' ἴδιον ὠδραβλέπεις.

*Alterius vitium, homo vanissime, acutè vides, proprium autem non vides.* Ad quod allusisse videtur Horatius lib. I Sat. III his versiculis:

*Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,  
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,  
Quam aut aquila aut serpens Epidaurius.*

Pertinet huc item illud Ciceronis, quod est in III Quæst. Tusc. *Stultitia proprium est, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum.* Et aliud ex Act. V. in Verr. *Omnia que vindicaris in altero, tibi ipsi veementer fugienda sunt. Etenim non modò accusator, sed ne objurgator quidem ferendus est, qui quod in alio vitium reprehendit, in eo ipse reprehenditur.* Et rursus aliud ex lib. I Off. *Fit nescio quomodo ut magis in aliis cernamus quam in nobismetipsis, siquid delinquitur.* Ex Græcis rursus pertinet huc illud Socratis, quod Stobæus asseravit:

Ἀγαθοὶ δὲ τὸ κακὸν ἐσμὲν ἐφ' ἑτέρῳ ἰδεῖν,  
αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν, ἔγνωσκομεν.

Item hoc Menandri:

Ἄπει-



Ἄπαντες ἐσμεν εἰς τὸ νθετεῖν σοφοὶ ,  
 Αὐτοὶ δ' ἀμαρτάνοντες ἔγιγώσκομεν .

Et alterum ejusdem :

— Οὐδεὶς ἐφ' αὐτῶν τὰ κακὰ συνορᾷ , Πάμφιλε ,  
 Σαφῶς . ἑτέροι δ' ἀχρημονῶντες ὄψεται .

Arriani quædam huc facientia in Dissertationibus in Epictetum hæc sunt: Ἀλλ' οὐκ εἰ Ηρακλῆς , ἢ ἑδύνασαι καθάρειν τὰ ἀλλότρια κακὰ . Ἀλλὰ ἔδὲ Θεσεύς , ἵνα τὰ τῆς Ἀπικῆς καθάρῃς . Τὰ σαυτοῦ καθάρισον . Εντεῦθεν ἐκ τῆς Διονόιας ἐκβαλε ἀπὲ Περικρέστου ἢ Σκύρωνος λύπην , φόβον , ἄπισθυμίαν , φθόνον , ἀπικαιρεκακίαν , μαλακίαν , ἀκρυσίαν . Sed , ut quasi postliminio ad Hebraica revertamur , pertinet huc etiam illud quod Buxtorfius in Florilegio Hebraico ex Cod. Talmudico Bava mezia fol. 59 col. 2. citat : *מִשְׁכַּח לְחַבְרֵי לָא מַאְצְלָא מִיָּדְךָ לְחַבְרֵי* *Maculam qua in te est ne exprobres alteri.* Item quod ex eodem Cod. Talmud. fol. 107. c. 2. & ex Cod. Sanhedr. fol. 18. col. 1. citat : *וְהָיָה כִּי יִשְׁמַח אִישׁ בְּאָחִיו וְהָיָה כִּי יִשְׁמַח אִישׁ בְּאָחִיו* *Orna teipsum , & postea ornato alios.* Quod idem in Midras Tillim ad Ps. LIII paulo plenius legitur sic : *וְהָיָה כִּי יִשְׁמַח אִישׁ בְּאָחִיו וְהָיָה כִּי יִשְׁמַח אִישׁ בְּאָחִיו* *Si volueris ornare alios , orna primò teipsum , & deinde orna alios.* Kimchi quoque ad Zeph. II. 1 similia habet.

Sed nunc ad aliud novi Test. adagium veniamus ; & quidem ad illud Ἱατρὲ θεράπευσον σεαυτὸν . *Medice , cura teipsum.* Legitur id in cap. IV Lucæ . Ibi enim Dominus inducitur Nazarethanos sic alloquens : Πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην , Ἱατρὲ , θεράπευσον σεαυτὸν . ὅσα ἠκέσαμεν γενόμενα ἐν τῇ Καπὲναῦμ , ποίησον ἢ ὡδε ἐν τῇ πατρίδι σου . *Omnino dicetis mihi parabolam hanc , Medice , cura teipsum . Quæ audivimus præstita à te Capernaumi , ea præsta & hic in patria tua.* Cum Dominus adagium protulisset , ejusdem mox & sententiam adjicit , quidque ii qui in ipsum adagio uterentur sibi vellent , ostendit ; videlicet oportere ipsum eadem miracula quæ Capernaumi fecisset , & in patria Nazarethæ præstare , atq; ita non minùs patriæ quam aliis civitatibus prodesse .



Hugo Grotius censet, adagium pertinuisse primum ad eos, *Qui cum sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam*: postea produci cœpisse longius ad eos qui magis in alienos quam in conjunctos sunt benefici. tale esse illud Virgilii:

*Hanc primum tutare domum.*

& hoc sensu usurpari hoc loco. Confert item cum eo Senarium Græcorum, quem Plutarchus in lib. de discrim. adul & amici, & alibi, usurpat: *Ἀλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἔλκεσι βρύων. Aliorum medicus ipse ulceribus scatens*. Item Æschyli illud in Prometheus:

Πλανᾶς, κακὸς δ' ἰατρὸς ὥστις ἐς νόσον  
Πεσῶν ἀθυμῆς, καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔχεις  
Εὐρεῖν ὁποίοις Φαρμάκοις ἰάσιμῳ.

*Erras, & ut malus medicus in morbum prolapsus, abjecto animo es, nec invenire potes, quibus medicamentis ipse reddi possis sanabilis*. Ita verò pertinuerit huc etiam illud Terentii

*Nonne id flagitium est, te alius consilium dare:*

*Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?*

Item illud Servii Sulpicii in epistola, quæ quinta est libri IV epistolarum Ciceronis: *Noli imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt*. Apparet Scriptores Latinos, itemque Græcos, illam à malis medicis petitam comparationem non nescivisse; sed ipsum tamen illud ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτὸν, totidem verbis, & imperativo modo, prolatum, nescivisse videntur. Et rectè omnino judicat Theophylactus, originem ejus adagii præcipuè referendam esse ad Judæos. Sed quibus verbis ab ipsis quorū adagiū fuit, Hebræis prolatum fuit? An fortasse istis, *אֲנִי יָדוּעַ לְרַפְּאֵל*? Fuisse sanè crediderim, cum ita proferretur; temporibus antiquioribus puta. Verū cum Dominus in terris ageret, lingua Hebræa longè aliam faciem induerat, ut tum novas vocabulorum terminationes, tum quoq; multa vocabula nova haberet. Videtur igitur tunc temporis prolatum fuisse sic, *אֲנִי יָדוּעַ לְרַפְּאֵל*. In Tanchuma,


ma,



ma, Sect. I. in Genesin profertur sic,  $\kappa\alpha\tau\alpha\ \tau\eta\ \mu\epsilon\delta\iota\kappa\eta\ \tau\eta\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\alpha\ \tau\eta\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\alpha$  *Medice cura claudicationem tuam.* Sed pluscula quoque verba adjiciam, ut appareat, qua occasione ibidem sit usurpatum: *Adamus primus docere volebat nepotes suos de statu conjugii. Respondebant ipsi, Medice cura claudicationem tuam. Tu fuisti separatus ab uxore tua centum & triginta annis, & vis docere nos. Curato prius morbum tuum.* Considerandum denique & hoc est, quare illud quod novissimè productum est adagium, à S. Luca  $\omega\delta\omega\beta\omicron\lambda\eta$  vocetur.  $\text{Πάντως ἐρεῖτε μοι,}$  inquit Dominus apud Lucam,  $\text{τὴν ὠδωβολὴν ταύτην.}$  Apud alios Scriptores Græcos adagium seu proverbium  $\omega\delta\omega\beta\omicron\lambda\eta$  vocari, observatum non est: sed utuntur ii potius vocabulo  $\text{παρομοία.}$  Quod quidem vocabulum ipse quoque S. Petrus, ut in superiore capite vidimus, cum adagium duplex prolaturus esset, usurpavit. De eodem vocabulo Varro in lib. VI de L. L. ita: *Apud Valerium Soranum vetus adagio est, o P. Scipio. Quod verbum usque eò evanuit, ut Græcum παρομοία pro eo positum magis sit apertum.* Vocant Græci &  $\text{λόγον,}$  ut Latini *verbam.* In Convivio Platonis ait Agathon:  $\text{Ὁ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὅτι ὁμοίον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει.}$  *Vetus verbum bene habet: simile simili semper adhaeret.* Terentius Adelph. Act. V Sc. 3: *Vetus verbum hoc quidem est, Communia amicorum esse inter se omnia.* Ceterū ut adagium quod Luc. IV legitur, à S. Luca  $\omega\delta\omega\beta\omicron\lambda\eta$  vocaretur, occasionē dedit vox Hebræa  $\text{הִשָּׁב.}$  Orta hæc est à radice  $\text{הִשָּׁב,}$  quæ non tantum idem quod *dominari,* sed & idem quod *comparare, assimilare,* est: atque vi istius originis *comparationem, similitudinem* significat. Ut Hiob. XIII. 12. *Memoria vestri*  $\text{רֵאשִׁית הַיָּסוּדִים}$  *similitudines cineris.* Deinde eadē vox  $\text{הִשָּׁב,}$  & alia forma  $\text{הִשָּׁבָה,}$  & *adagium seu proverbium* significat. Cujus appellationis ratio itidem hæc est, quod adagia seu proverbia aliquid similitudinis & comparisonis habere solent. Et pari modo Arabes adagium  $\text{مَثَل}$  appellant; à radice  $\text{مَثَل,}$  quæ eisdem *comparare, assimilare, unum cum altero conferre* significat. Cū igitur Græca vox  $\omega\delta\omega\beta\omicron\lambda\eta$  Hebrææ  $\text{הִשָּׁב}$  significatione *compar-*



*tionis & assimilationis* responderet, factū fuit, ut altera quoque Hebrææ vocis significatio, quæ scilicet adagium seu proverbium significat, eidem vocabulo Græco tribueretur. Atque ejus generis voces in libris N. T. prorsus multæ sunt; quæ cum una quadam significatione Hebraicis responderent, earundem & alteram significationem deinde receperunt. Ac de talibus dedita opera in Commentarii de Hebraïsmis N. T. capitibus prioribus egimus. Privatè autem de vocabulo *ῥαβολή* actum est in capite istius libri quarto. Ibidem porrò monitum & hoc est, quod, quemadmodum *ῥαβολή* pro adagio & *παρημία* usurpatur, ita vicissim *παρημία* ponatur pro *ῥαβολή*. Ut Joh. X. 6. *ταύτην τὴν παρημίαν εἶπεν αὐτοῖς ἰησοῦς*. Dixerat Dominus *ῥαβολήν*, id est, comparisonem, quandam; cujus verba priora sunt ista: *Qui non intrat in ovile per ostium, is fur est & latro*. Eam igitur *ῥαβολήν* seu comparisonem, S. Johannes vocat *παρημίαν*; occasione itidem vocis Hebrææ *הַשְׁוָה* quam dixi; quæ non tantum *adagium*, sed & quamcunque aliam *comparisonem* significat.



## CAP. VI.

*De adagio τείχα ἐκ τῆς κεφαλῆς πνθ' ἔπεσῆς. A Job. Kirchmanno dissensum. הַצֵּרַח הַזֶּה, ἔπιπτεν εἰς τὴν γῆν quid sit. Ellipsis vocis ἵππ. Adagia aliarum linguarum, in quibus Capillus nominatur. Adagium τείχα ἐκ τῆς κεφαλῆς πνθ' οὐκ ἄπολείσθαι esse idem quod superius.*

**P**ORRÒ de adagio *τείχα ἐκ τῆς κεφαλῆς πνθ' ἔπεσῆς* *capillum ex capite alicujus non casurum esse* videamus. Exemplum ejus legitur Act. XXVII. 34. *οὐδενὸς ὑμῶν θελῆ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται*. *Nullius vestrum pilus ex capite cadet*. In quos verbis istis compellans S. Paulus inducitur, quique eadem  
 quæ



qua ille navi vehebantur, numero ferme trecenti fuerunt. Atque omnes illi difficulter evasuri erant in terram; alii quidem natando, alii verò tabulas & fragmenta navis apprehendendo; sed evasuri tamen, nec ullus eorum periturus in undis erat. Id igitur S. Paulus, aut qui verba eius consignavit, S. Lucas expressit sic, ut diceret, ἔθενός αὐτῶν τεῖχα ἐκ κεφαλῆς πεσεῖσθαι *nullius eorum pilum ex capite casurum esse*. Et sensus est, ut apparet, omnes illos incolumes fore, nec quenquam eorum periturum esse. Sed quæ ῥήσεως istius est origo? Joh. Kirchmannus in lib. II de fun. Rom. c. 14 scribit, S. Lucam allusisse sine dubio ad morem illum capillos radendi, quem veteres, si naufragium fecissent, aut alia de causa in luctu essent, usurparint. Et sanè ipsum radendi capillos morem Vir clarissimus satis & abunde demonstravit: verum, quòd ad eum morem allusisse putavit S. Lucam, planè falsus fuit. Ipsi illi homines, ex quorum capitibus Apostolus nullum pilum casurum dixit, etsi evaserunt in terram, naufragium tamen fecerunt, & reclusas suas amiserunt. Quare, si priscum illum radendi capillos morem sequi vellent, debuerunt utique radi: & Apostolus, cum dixit, nullum pilum ex cujusquam capite casurum, si voluisset, non facturos eos esse naufragium, adeoque nec radi necesse habituros, omnino falsum dixisset. Ne igitur falsum dixisse videatur, verba eius omnino aliter intelligenda erunt; & quidem, ut dixi, omnes eos incolumes mansuros, nec quenquam eorum in undis periturum. Atque ita sanè & evenit. S. Lucas: καὶ ἕτως ἐγένετο πάντα διασωθῆναι εἰς τὴν γῆν. Ceterum origo phraseos τεῖχα ἐκ τῆς κεφαλῆς τινος ἔ πεσεῖσθαι *pilum ex capite alicujus non casurum*, repetenda ab Hebræis est. Hebræi cum aliquem de salute, deque vita securum esse volunt, dicunt pilum ex capite ejus non casurum esse in terram. Exemplum I Sam. XIV. 19. וַיְהִי אִם יִפֹּל מִשְׁעַרְךָ רֶשֶׁת אֲרָצָה *Vivit Jehova, non cadet de capillo capitis ejus in terram*. Saulus rex filium Jonathanem deposcebat tunc ad necem. Verum auctoritate & interventu populi fiebat, ut periculum hic effugeret, ac

in



in vivis maneret. Ceterum quod populus Jonathanem incolumem volebat, id expressum est his verbis, *Non cadet de capillo capitis ejus in terram.* Aliud ejus ῥήσεως exemplum visitur II. Sam. XIV. II. *יהוה חי ויפל משערת בנך ארצה* *Vivit Jehova, non cadet de capillo filii tui in terram.* Questa fuerat cum Rege, etsi non ferio, foemina Thekoënsis, quod filius suus unicus, quem ex duobus superstitem haberet, deposceretur ad necem. Cum igitur Rex ei confirmare vellet, filium ejus incolumem mansurum, neq; permissurum se vita eum privari, dixit, non casurum de capillo filii ejus in terram. Rursus aliud ejusdem ῥήσεως exemplum legitur I. Reg. I. 52. *לא יפל משערתו, ארצה* *non cadet de capillo ejus in terram,* id est, incolumis erit, nec vita ei adimetur. Sed ut de phrasi *נפל ארצה* *cadere in terram* seorsum dicamus, est illa idem quod *perire, interire.* Quod apparet ex aliis ejus phraseos usibus. Ut quod II Reg. X. 10 legitur, *לא יפל מרבר יהוה ארצה* *Non cadet de verbo Jehova in terram,* id est, nullum verbum Jeh. interibit, eventu carebit. Sed vox *ארצה* in talibus & omittitur, ac modò subaudienda relinquitur. Ut Jos. XXIII. 14. *לא נפל ממנו רבר אחר* *non cecidit ex illo res ulla.* Non mirum igitur, quòd, cum in alteris illis Hebraicis, vox *ארצה* adjiciatur, dicaturq; *נפל משערתו ארצה* *non cadet de capillo ejus in terram,* S. Lucas tamen Act. XXVII. 34 non adjecit *εἰς τὴν γῆν,* sed eo subaudito modò scripsit, *οὐδενὸς ὑμῶν θείξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πσεῖται.* Sed est & alia levis discrepantia. In Hebraica ῥήσει nihil apparebat, quod *τὰ ἐκ τῆς γῆς* responderet; nisi quòd in uno ejus exemplo erat non quidē *מראשו* *ex capite* vel *de capite ejus,* sed *ראשו* *capitis ejus.* Deinde in Hebraica ῥήσει erat *משערתו* *de capillo ejus;* cum in Græca non sit *ἐκ τειχὸς,* vel *ἀπὸ τειχὸς αὐτῆς;* sed modò *θείξ.* Interpretes Græci V. T. cum talia verterunt, voculam *ἀπὸ* adjecerunt; aut partitionem alio modo fecerunt. Ut II. Sam. XVI. II. *זῆ κύριος, εἰ πσεῖται ἀπὸ τῆς τειχὸς τῆς οὐρ δὲ πρὸς τὴν γῆν.* Item I Reg. I. 51. *εὰν γένηται εἰς υἱὸν δυνάμεως, ἔ πσεῖται τῶν τειχῶν αὐτῆς δὲ πρὸς τὴν γῆν.* Qua  
qui-



quidem ratione significarunt illi, in talibus Hebraicis subaudiendam esse voculam  $\text{אֶחָד}$  unus, ac similiter in versione eorum Græca, μία. Ut oratio plena sit,  $\text{אֶחָד מִשְׁעָרַיִךְ יִפֹּל לְיַם הַיָּם}$  non cadet unus ex capillis capitis ejus in terram: & Græca similiter,  $\text{οὐ πεσῆται μία τῶν τρίχων αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν}$ . De ellipsi vocis  $\text{אֶחָד}$  in partitionibus faciendis egimus & in lib. de Hebraïsmis N. T. & hujus quidem cap. XXVIII. Et quoniam in his talibus singularis enuntiationes universales negativas formandi ratio apparet, de ea quoque in eodem de Hebraïsmis N. T. libro, & quidem capite ejus XXV, egimus. Istud igitur proximum superius adagium habendum itidem in Hebraicis est. Quippe linguæ ceteræ istiusmodi formulam non habent, ut, cum significandum est, aliquem incolumem ac salvum futurum esse, dicatur, capillum ex capite ejus non casurum esse. Sed habent tamen aliæ linguæ non multum diversa. Exempli gratia Germani, cum significare volumus, provisuros nos, ne quid mali alicui obtingat, dicimus, *Es sol ihm kein babr gekrümmet werden*. Deinde Græci in adagiis vocem  $\text{θεῖξ}$  usurpant, & quidem de parte quadam minima. Zacharias in Dialogo de Opificio mundi:  $\text{οὐδὲ τὴν τρίχα τῶν πονηρῶν ἢ ἀθέων δοξασμάτων, ἢ τῆς συντροφῆς πλαΐνης, ἢ τὴν ψυχὴν φερέτε, λήμην ὡσπερ τινα τῶν τῆς Διανοίας ὀμμάτων, ἀποκείρα βλεθε}$ . *Neq; pilum pravatum & impiarum opinionum & cognati erroris, quem in animo velut oculorum mentis lippitudinem circumfertis, expurgare vultis*. Theocritus Idyll. XIV.  $\text{λασῶ δὲ μανείς ποκα. θεῖξ ἀνὰ μέσον}$ . *Vix pili intervallo absum ab insania. Parum abest quin furore corripiar*. Scholiastes explicat:  $\text{ὀλίγῃ δέεται τὸ μεταξὺ τῶ πάντῃ με μανῆσαι}$ . Erasmus quoque istud Theocriti inter adagia recenset; cumque eo confert illud Plauti in Mostellaria:

*Pluma haud interest, patronus an cliens probior fiet*


*Homini, cui nulla in pectore est audacia.*

Antequam ad alia transeamus, proferendum etiam illud est quod Luc. XXI. 18 legitur,  $\text{καὶ θεῖξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν ἢ μὴ ἀπόληται}$ , *pilus vel capillus ex capite vestro non peribit*. Item quod Matt. X. 30.

F


&amp; Luc.



& Luc. XII. 7 legitur, ἑκάστη δὲ ἡ αἰ τρίχες πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσι. *Vestri quoque capilli omnes numerati sunt.* Ubi subaudiendum est, *ut nullus eorum in terram cadere, id est, perire, sine patre vestro possit.* Præcedit enim proximè: Ἐν ἑξ αὐτῶν ἑ πεσεῖται ὅτι τὴν γῆν αἰεὺ τὸ πατρὸς ὑμῶν. *Unus ex illis, passerulis puta, non cadet in terram, id est, ut supra monuimus, peribit, sine patre vestro.* Illud igitur in capite XXI Evangelii Lucæ adagium planè idem est quod supra ex libro ejusdem Lucæ altero produximus. Et sensus rursus est, salvos nos & incolumes futuros, nec quidquam mali sine nutu Patris cælestis nobis obtingere posse. Tantum hoc interest, quod in Evangelio Lucæ est ἀπολείδω perituum esse, in Actis Apostolorum autem πεσεῖω casurum esse. Semel quidem dicit, οὐδενὸς ὑμῶν θείξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται: deinde verò θείξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν ἑ μὴ ἀπόληται. Dictum autem jam est supra, illud πεσεῖω casurum esse, nihil esse aliud quam ἀπολείδω perituum esse; & subaudiendum esse εἰς τὴν γῆν. Phrasis Hebræa נפול על הארץ *cadere in terram*, eo sensu in libris V. T. frequens est. Græca autem ad eam formata πίπτειν ὅτι τὴν γῆν, apparebat paulò antè in verbis Matthæi c. X. Ἐν ἑξ αὐτῶν ἑ πεσεῖται ὅτι τὴν γῆν. *Unus ex illis, passerulis puta, non cadet in terram.* Quod ergo dicitur *Capillus ex capite vestro non peribit*, Hebraismus simplex est, & propter solum adagium, quod dixi; quòd, cum significandum est, aliquem incolumem futurum, dicunt, capillum ex capite ejus non perituum. Quod autem dicitur, *nullius vestrum capillus ex capite cadet*, duplex Hebraismus est; & quod ipsum illud quod dixi adagium usurpatur, & quod πεσεῖω *cadere*, subaudito εἰς τὴν γῆν *in terram*, ponitur pro ἀπολείδω *perituum esse*. Observo autem Interpretem quoque Syrum in versione Act. XXVII, cum Hebraismo itidem duplici, quomodo ipse S. Lucas, uti posset, usum esse modò simplici, & vertisse quidè sic:  *Capillus ex capite ullius ex vobis non peribit.* Alteris quoque illis *Vestri quoque capilli omnes nu-*  
*mera-*



merati sunt, ad adagium quod dixi Hebraicum allusum esse, manifestum est. Subaudiendum enim, ut ex his quæ præcedunt, demonstravimus, ut nullus illorum in terram cadere possit sine patre vestro.



## CAA. VII.

De adagio ὅστις ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται, ἢ τὰ ἐξ. Quam variis occasionibus id usurpaverit Dominus. A Franc. Junio dissensum. Ut verba diversarum linguarum adagium idem habeantur, ad id quid requiratur. Vocabulis Grecis ὑψῶν ἔταπεινῶν quæ Hebræa respondeant; quæq; eorundem vis sit.

**N**ON semel, nec una occasione, dixit Dominus, eum qui se exaltet, depressum; & qui se deprimat, exaltatum iri. Et primò quidem apud omnem populū illud protulit, cum ambitionem notasset Phariseorum, primos accubitus affectantium, ac Rabbi appellari gestientium; cumq; suos quoque discipulos commonisset, ut qui inter eos voluisset summus esse, is ceterorum esset minister. Hæc cum in capite XXIII Matthæi relata ita essent, additur Dominum subjecisse talia: ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται. ἢ ὅστις ταπεινώσει ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. Qui exaltabit seipsum, deprimetur, vel, ut vetus Interpres vertit, humiliabitur: qui verò deprimet, vel, ut idem Interpres habet, humiliabit seipsum, exaltabitur. Deinde cum Dominus à Phariseo quodam ad cenam vocatus esset, observassetque hos qui invitati unà aderant, primos accubitus affectare, monuit convivas, ut, si à quopiam ad cenam vocarentur, postremum quam primum locum occuparent; cumq; hujus moniti & rationem adjicere vellet, ait: ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπει-



νωθήσεται, ἢ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. Quæ quidem in cap.  
 XIV Lucæ ita leguntur. Denique cum observasset quosdam ef-  
 fe, qui alios præ se contemnerent, seqve ipsos præ ceteris sanctos  
 esse crederent, parabolam proposuit, quæ nota est, de Pharisæo  
 ac publicano unâ in templum euntibus ad precandum: tandem-  
 que eadem prædicta verba, tanquam epiphonema, adjecit. Vi-  
 denturque omnino ista quibus toties usus est Dominus verba pro  
 adagio, & quidem Hebræorum, habenda esse. Cumque adagia,  
 ut supra in cap. I monuimus, vel sint integræ enuntiationes, vel  
 phrasæ nihil enuntiantes, illud quod nunc versandum suscepimus,  
 ad censum priorem referendum erit. Ait Cicero in lib. I  
 de Off. in Græcorum proverbio ita esse, *amicorum omnia esse commu-  
 nia*. Pari modo dici quoque possit, in proverbio Hebræorum  
 ita esse, *eum qui se exultat depressum; & qui se deprimat, exaltatum  
 iri*. Et quemadmodum verba quæ apud Ciceronem sunt, *Amico-  
 rum omnia sunt communia*, integra sunt enuntiatio, subjecto & præ-  
 dicato constans: ita verba Domini, *Omnis qui se exaltabit, depri-  
 metur, & qui se deprimet, exaltabitur*, integra enuntiatio, neque  
 simplex ea, sed composita, sunt. Sed Hebraicè istud adagium  
 quomodo prolatum putabimus? Franciscus Junius in Notis ad  
 versionem versionis Syriacæ Tremellii, & quidem ad cap. XIV  
 Lucæ, scribit: *Moralis est sententia sæpe ab antiquis Hebræis Docto-  
 ribus repetita. In Talmud, in volumine סוֹטָא, id est, de suspecta uxore,  
 c. המקנא i. e. Zelotypus, his verbis legitur: כל אדם שיש בו גסות  
 רוח לכוף מהמעט* *Omnis homo in quo est tumor spiritus, in fine dimi-  
 nitur*. Putat igitur ille, sententiam sive gnomen illam quam ex  
 codice Sota citat, esse eandem illam quam Dominus Luc. XIV pro-  
 nuntians inducitur. Jam non nego ego, adagii quo Dominus  
 usus est, & verborum quæ ex codice Sota produxit Junius, sen-  
 tentiam eandem esse: sed non dicendum tamen videtur, adagi-  
 um quo Dominus usus est, & gnomen quæ ex Talmude citata est  
 à Junio, planè idem esse. Ut adagium idem existimetur, oportet  
 singula verba singulis respondere; Hebræa exempli gratia  
 Græ-



Græcis, & Græca Hebræis. alioqvi dici etiam posset, verba quæ in cap. superiore excussimus, *festucam videre in oculo alterius; trabem verò in suo ipsius oculo non videre: & papulas observare alienas; ipsum verò obsitum esse ulceribus*, adagium idem esse. Utrorumq; verborum eadem sanè est sententia; videlicet aliorum vitia observare ac temere reprehendere, neq; tamen, quòd vitiis, & quidem majoribus, præditus ipse sis, agnoscere. Quemadmodum autem hæc proxima, quamvis utrorumque eadem sit sententia, pro adagio tamen non uno eodemq; haberi possunt: ita nec verba Domini *Qui se exaltat, deprimetur seu humiliabitur*, & verba Talmudica *Omnis homo in quo est tumor spiritus, in fine diminuitur*, pro adagio aut gnome una eademq; habenda sunt. Afferam igitur ex Talmude quod paulò rectiùs huc qvaret. Et quidem in Codice Talmudico Erubin, cap. I. leguntur talia: כל המשפיל את עצמו הקבה מגביהו וכל המגביה עצמו הקבה משפילו וכל המחזיר אחר הגדולה גדולה בורחת ממנו וכל הבורח מן הגדולה גדולה מחזרת עליו *Qui seipsum humilem facit, eum sanctus benedictus ille exaltat: qui verò seipsum exaltat, eum sanctus benedictus ille humilem facit. Et qui sectatur dignitatem, eum dignitas fugit: qui autem dignitatem fugit, ad eum dignitas revertitur.* Horum igitur priora cum verbis Domini quæ dixi apprimè congruunt; adeò ut ad exprimenda verba Domini Hebræa, Evangelistæ istiusmodi Græca usurpare voluisse videantur, quæ ipsorum quoque etymorum significatione cum Hebraicis congruerent. Ut enim השפיל *humilem facere* est à שפל *humilis*: ita ταπεινῶν *humilem facere* est à ταπεινός *humilis*. Satis autem intelligitur, vocabula משפיל *humilem faciens* & מגביה *exaltans*, non propriè, sed figuratè hic usurpari; & unum qvidem eorum usurpari tum de eo qvi humilem faciat alterum, tum de eo qvi humilem se ipse præbeat, id est, submissè se gerat: alterum verò usurpari tum de eo qvi ad honores aliquem evehat, tum de eo qvi honores ipse affectet. Deus משפיל *humilem faciens* dicitur, quia facit ut ii qvi dignitatem & honores affectant, non consequantur eos, sed ignominia potiùs afficiantur:





tur: at homo עצמו משפיל *humilem faciens seipsum* dicitur, si submissè se gerat, nec honores affectet. Deinde Deus מגביה *exaltans* vel *altum faciens* dicitur, quia homines ad dignitatem & honores evehit: at homo עצמו מגביה *exaltans seipsum* dicitur, si honores affectet, & elatiùs se gerat. Quodqve ea vocabulis subjecta sit notio, id ex eorum quæ ex codice Talmudico Erubin proferebamus, posterioribus apparet. Qui enim עצמו מגביה *exaltans seipsum* dictus fuerat, is deinde dicitur מחזיר אחר הגדולה *seclans* seu *affectans dignitatem*: & qui עצמו משפיל *humilem faciens seipsum* dictus fuerat, is deinde dicitur מן הגדולה בורח *fugiens dignitatem*. Jam eum qui dignitatem & honores affectat, ὑψῶντα ἑαυτὸν *exaltantem seipsum*; & eum qui dignitatem & honores fugit, submissè se gerit, ταπεινῶντα ἑαυτὸν *humilem facientem seipsum*, dici, id in Scriptoribus Græcis vulgaribus observatum, credo, non est. Multò minus apud eosdem Scriptores Græcos inveniuntur talia quæ leguntur in Evangeliiis: πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, ἢ πᾶς ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. Reperitur quidem, quòd Deus ὑψῶν *exaltans* & ταπεινῶν *humilem faciens* dicatur: sed alterum illud non item. Diogenes Laërtius auctor est, Æsopum à Chilone, septem sapientium Græciæ uno, interrogatum, quid Deus faceret, respondisse, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινῶν, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψῶν, *alta facere humilia, & humilia facere alta*. Quibus verbis Deus quidem ὑψῶν & ταπεινῶν appellatur: ipsi verò homines ὑψῶντες ἢ ταπεινῶντες ἑαυτῶν *altos & humiles facientes seipsos* non dicuntur. Deinde verba illa Græca primus Æsopus ita concinnasse videtur: neq; constare potest, an eadem & in proverbium apud Græcos abierint. Illud constat, Scriptores Græcos alios ad eandem illam sententiam exprimendam verba ac phrasas quasdam alias adhibere. Xenophon lib. VI Ἑλληνικῶν ita: Ὁ Θεὸς πολλάκις χαίρει τὰς μὲν μικρὰς μεγάλους ποιῶν, τὰς δὲ μεγάλους μικρὰς. *Deus sæpe ex parvis magnos, & ex magnis parvos facit*. Hesiodi in lib. I Εργ. in eam sententiam versiculi sunt isti:

Ρεῖα



ῥεῖα μὲν γὰρ βεραῖ, ῥεῖα δὲ βεραῖοντα χαλέπει.

ῥεῖα δ' ἀρξήλον μινύθει, ἢ ἀδηλον ἀέξει.

ῥεῖα δὲ τ' ἰθύνει σκολιόν, ἢ ἀγήνορα κάρφει.

*Facile enim extollit: facile ἔ elatum deprimit.*


*Facile insignem minuit, ἔ obscurum auget.*

*Facile etiam corrigit curvum, ἔ superbum attenuat.*

In his Xenophontis & Hesiodi verbis pro ταπεινῶν, quod in sacris literis Deo tribuitur, varia alia usurpantur; utpote μικρὰς ποιῆν, χαλέπειν, μινύθειν, κάρφειν: & similiter pro ὑψῶν, quod in sacris literis Deo tribuitur, usurpantur μεγάλας ποιῆν, βεραῖν, ἀέξειν. Ad Hebræa vocabula ut redeamus, ad efferendam eam quam dixi sententiam plurimum ea usurpata fuisse apparet quoque ex eo quod mater Domini in Cantico suo dicens inducitur: καθεῖλε δυνάσας ἀπὸ θρόνων, ἢ ὑψώσε ταπεινός. Est hic ipsum illud ὑψῶν, quod in verbis Domini apparebat: & usa sine dubio verbo Hebræo הַגְּבִיחַ ipsa quoque S. Maria est. Alteri Hebræo vocabulo הַפְּשִׁיחַ responderet hic Græcum καθελεῖν ἀπὸ θρόνων. Sed & in codicibus V. T. ea notione vocabula usurpata reperiuntur. Ut Ezech. XXI, 31. הַפְּשִׁיחַ הַגְּבִיחַ הַגְּבִיחַ הַפְּשִׁיחַ *humile exalta, ἔ altum humile redde.* Quibus verbis prædicitur futurum, ut Jechonias qui tunc temporis humilis & depressus erat, ad honores eveheretur, inque Regis Babylonæ amicis esset: Zedekias autem qui regem tunc agebat, regno exueretur. De adagio quod Dominus usurpavit, observandum adhuc, quod non eodem semper sensu usurpatum videatur. Semel quidem atque iterum in ipsam illam sententiam usurpatum est, quæ prædicta verba Talmudica efferunt; videlicet eum qui dignitatem & honores affectat, ignominia affectum iri: qui verò honores non affectat, sed modestè ac submissè se gerit, eum ad honores evectum iri. Cum cohortatus est Dominus, ut qui ad cenam vocarentur, non affectarent πρωτοκλισίαν, sed locum potiùs infimum capefferent, subjecit denique, hunc qui se exaltet, humilem redditum; qui verò humilem se faciat, exaltatum iri. At cum de Phariseo & publicano para-



parabolam protulisset, eadem verba in sententiam paulo diversam usurpavit; & in hanc quidem, quod qui de peccatis suis doleat ac poenitentiam agat, nec super sanctitate qua se praeditum putet, altos spiritus gerat, condonationem peccatorum, ipsamque vitam aeternam consecuturus sit: qui vero peccata non agnoscat, nec de iisdem doleat, sed super sanctitate qua se praeditum putet altos spiritus gerat, is condonationem peccatorum vitamque aeternam adepturus non sit.



## CAP. VIII.

*De adagio τῷ αὐτῷ μέτρῳ, ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Deponentia quandoque & impersonaliter usurpari. Ex quibus Hebraicis adagium istud sit expressum, Mos Hebraeorum tertiam pers. pluralem ponendi pro verbo impersonali; idque de rebus divinis. Mensura μετρεσμένη. Superioris adagii usus apud Marcum.*

**P**orro inter Adagia N. T. numerandum quoque est illud Luc. VI. 38. τῷ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Ita enim cum Interprete antiquo vertere non dubito. Siquidem exempla non defunt, quod verba deponentia in persona tertia & impersonaliter usurpentur. Livius lib. XXV. *Cum tumultuatum in castris (scil. esse) sciret.* Et lib. XXIV. *Secundum Hieronymi eadem tumultuatum in Leontinis apud milites fuerat, vociferatumque ferociter.* In quibus manifestè tumultuatum est & vociferatum est impersonaliter sunt posita. Et memini istiusmodi varia adhuc alia observare. In cap. VII Matthæi vertit itidem Interpres, *in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Græca verò ibi sic habent: *Ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.* In quibus & Hebra-



braismi quippiã apparet, quod in superioribus Lucæ non apparebat; quod videlicet ἐν ᾧ μέτρῳ scriptum est pro ᾧ μέτρῳ, ut alludretur ad præfixum Hebræum מ, quod in talibus usurpari solet. Vide cap. VII Commentarii de Hebraïsmis N. T. Ceterum adagium istud quod novissimè ex N. T. produximus, & ipsum sine dubio habendum pro Hebraico est. Habent sanè & Græci locutiones, in quibus mentio fit τῆς μέτρῃς *mensura*. Exempli gratia, quod Hesiodus hortatur:

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονι, εὖ δ' ἀποδῆναι,  
 Αὐτῷ τῆς μέτρῃς, ἢ λῶϊον, αἶκε δύνῃαι.

*Recta mensura mutuum accipe à vicino, & recta item redde: eadem mensura* (qua scil. accepisti) *& amplius, si possis.* Quod autem Græci quoque istiusmodi adagium, quæle prædictum illud est, usurpaverint, id non observatur. Quod Evangelistæ illud perscripserunt, id fecerunt occasione sermonum Domini, quos Hebraicè hic habuerat. Et sanè constare satis potest, Hebræos adagium in eam sententiam habuisse. Et Lud. quidem Cappellus, qui & ipse locutionem παρρημιώδη hic agnoscit, in Spicilegio ad cap. VII Matth. scribit, exstare eam in Codice Talmudico Berachot, ubi scriptum est, בכל מדה ומדה שהוא מודד לך הוי מודה לו. *Quacumq; mensura hic (Deus) metitur tibi, confitere ei, vel celebra eum.* Quorum verborum sensus est, ut ibidem Cappellus scribit, sive bono sive malo Deus quæmpiam afficiat, oportere illum celebrare, ipsiq;ve gratias agere. Verùm nihil hoc attinet ad nostrum adagium, utpote quo dicitur non, quid nos facere debeamus, quia aliquid faciat Deus; sed, quid Deus faciat, si hoc vel illud nos fecerimus. *Qua mensura metimur nos, ea Deum remetiri, vult Dominus.* Est igitur aliud quod paulo rectiùs huc quadrat; quodq; sic habet: במדה שאדם מודד בה מודדין לו. *Qua mensura homo metitur, ea metiuntur ei.* Legitur hoc in Codice Talmudico Sota, cap. I, & variis exemplis ibidem illustratur. Sed quod in Evangeliiis verbo impersonali ἀτιμετρηθήσεται effertur, id hic participio מודדין *metientes*, subaudito verbo substantivo ter-



tiæ personæ pluralis numeri, exprimitur. Estque frequens hic non tantum in Hebræa, sed & in aliis linguis impersonalia exprimiendi modus. Sed Hebræi tamen aliquid hic peculiare habent; quod, cum de ipso Deo aliquid enuntiant, hoc pacto illud faciunt. Exempli gratia in Pirke Avoth legitur: כל המחלל שם שמים בסתור נפרעין ממנו בגלוי *Quicumque profanat nomen Dei in occulto, de eo poenas sumunt in propatulo.* Illud poenas sumere in propatulo, utique ad Deum pertinere volunt; & tamen numero id plurali exprimunt. Cujus generis plura in cap. XXX Commentarii de Hebraïsmis N. T. congeessimus: non modò ex codicibus Hebraïcis, sed & ex Græcis N. T. Ut quod scriptum est Luc. XII. 48. ὁ παρέθεντο πολὺ, ὠξισότερον αἰτήσασιν αὐτόν. *Apud quem multum deposuerunt, ab eo amplius reposcent.* Quis est qui deponit, & qui reposcit, nisi ipse Deus? Et tamen numero id plurali efferri videmus. Pari modo igitur quod Hebræi dicunt, *Qua mensura metitur homo, ea metiuntur ei,* id de ipso Deo est intelligendum. Et apparet id quoque ex exemplis, quæ in prædicto codice Talmudico Sota adjiciuntur: *Qua mensura metitur homo, ea metiuntur ei. Ista (mulier) ornat seipsam ad transgressionem: Deus deturpat eam. Ista reteggit seipsam ad transgressionem: Deus reteggit super illa femur, & postea ventrem: ac denique totum corpus non evadit.* (Alludi videtur ad historiam Levitæ in lib. Judicum.) *Simson sequebatur oculos suos: idcirco Philistæi (permittente Deo) effoderunt oculos ejus. Absalom superbiebat capillis suis: idcirco suspensus est ex capillis suis.* Vide ibidem id genus & alia. Quemadmodum igitur ab Hebræis adagium numero plurali efferitur, & tamen intelligitur de Deo: ita S. Lucas scribere potuisset, τῷ αὐτῷ μέτρῳ, ᾧ μετρεῖτε, ἀπὸ μετρεῖσιν vel ἀπὸ μετρησῶσιν ὑμῶν. *Eadem mensura, qua metimini, vicissim metiuntur, vel vicissim metientur vobis;* & tamen de ipso Deo intelligi id posset. Ita sanè in cap. XII, ut paulò antè ostendimus, id quod de ipso Deo intelligendum, numero plurali expressum est. Imò in ipso capite VI, unde superiora illa sunt producta, ad eum modum scriptum


tum



tum est, *Mensuram bonam, pressam, agitaram, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Ubi *dabunt* est pro *dabitur*, *Deus dabit.* Sed scripsit tamen Lucas, & similiter quoque Matthæus, ἀντιμετρηθήσεται *remetietur*, impersonaliter. Neque aliter Marcus c. IV, sed verbo tamen simplici, μετρηθήσεται. In Chaldaicis Gen. XXXVIII. 25. 26, itidem impersonaliter expressum video. במכילא דאינש מכיל בה מתכיל ליה בין מכילא טובא בין מכילא בישא. *Qua mensura homo metitur, mensuratur ei, sive sit mensura bona, sive mala.* Vox Chaldaica מתכיל utique passiva est; & ut Græca μετρηθήσεται, & ἀντιμετρηθήσεται, impersonaliter posita. In Targum Es. XXVII. 8, idem adagium expressum rursus est numero plurali, & quidem hoc modo, בסאתא דהויה כאל, בה יכילן לך *Modio quo mensus fueris, metientur tibi.* Apparet autem, quantum opere adagium istud frequentatum fuerit apud Orientales. Nec tantum in eo Talmudis loco, quem demonstravimus, id est, in cap. I codicis Sota; sed & in codicibus Schabbath & Sanhedrin observatur. Dicunt autem & brevius, מרה כנגד מרה *mensura pro mensura.* Et Chaldaicè מכילא לקביל *mensura contra mensuram.* Vide Targum Gen. XXXVIII. 26. Illud quoque quod de μέτρω πεπιεσμένω *mensura pressa* Luc. VI legitur, ab Hebræis originem trahit. In Cod. Talmudico Jebamoth f. 107. 2, legitur: במרה כפושא לפיכך מדרו לו במרה כפושא *Mensura pressa mensus est: ideo mensura pressa & metiuntur ei.* Mensura liberalis in aridis, accumulata, pressa, agitata, & deinde rursus cumulata ac superfluens est. Tali igitur mensura utitur Deus, ut S. quoque Lucas prædicto loco ait. Μέτρον καλόν, inquit, πεπιεσμένον, & σεσαλευμένον, & ὑπερεκχυνόμενον δώσασιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. *Mensuram bonam, pressam, & agitaram, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Eadem mensura metitur Deus, quia metimur nos; & mensuram ille bonam atque pressam dat. Quæ quidem ratio metiendi cuncta Deitum beneficia, tum pœnas comprehendit. Si judicaverimus & condempnaverimus nos: judicat & condempnat itidem



Deus. Si dederimus & condonaverimus nos, dat & condonat itidem Deus. In capite IV Marci collatio quoq; majoris cujusdam divinæ gratiæ gradus eo adagio exprimitur. Nimirum cum Dominus hortatus esset, ut qui verbum Dei audiunt, seriò & cum cura illud audiant, subjicit deinde: *Qua mensura metimini, mensurabitur vobis; & adjicietur vobis audientibus.* Quorum verborum posteriora ἐξηγητικὰ sunt priorum; quòd videlicet, si prima gratia convertente homo rectè utatur, neque rejiciat eam, Deus gratiam ei ampliorem largiatur. Quæ sententia ibidem & aliis verbis exprimitur: *Qui habet, ei dabitur: qui verò non habet, ab eo etiam id quod habet auferetur.* Ergo qui prima gratia convertente rectè utitur, ac verbum Dei attentè audit, is Deo quasi metitur, & ad remetiendum, id est, ad gratiam ampliorem tribuendam ipsum invitat.



## CAP. IX.

*De adagio* Ἀρετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δούλος αὐτοῦ ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. Τηρεῖν *insidiosè observare.* *Ex quibus Hebraicis adagium sit expressum. Non eodem semper sensu illud usurpatum esse. De adagio* Ἀρετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἢ κακίᾳ αὐτῆς.

**I**llud quoque inter Adagia refero quod Matth. X. 24 legitur, Ἀρετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δούλος αὐτοῦ ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. *Sufficit discipulo ut sit sicut præceptor ejus, & servus, ut dominus ejus.* Et præcedunt in eandem sententiam hæc quoque: *Non est discipulus supra magistrum: neq; servus super Dominum suum.* Sequuntur item huc pertinentia, ista: *Si Patrem familias Beelzebul vocarunt, quanto magis domesticos ejus.* A S. Luca in cap. VI eadem sententia expressa sic est: Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ



ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτὸς κατηρτισμένῳ δὲ πᾶς ἔσαι ὡς ὁ διδάσκα-  
 λῶ αὐτὸς. *Non erit discipulus supra magistrum suum: perfectus au-*  
*tem erit omnis discipulus, si fuerit ut magister suus.* Denique S. Jo-  
 hannes in cap. XIII idem sic expresit: Οὐκ ἔστι δὲ λῶ μείζων τῶ  
 κυρίου αὐτοῦ, ἢ δὲ ἀπόστολῶ μείζων τῶ πέμψαντῶ αὐτόν. *Non est*  
*servus major domino suo: nec apostolus major eo qui ipsum misit.* Tan-  
 tundem ferè & in cap. XV legitur. Et adduntur ibi ἐξηγήσεως cau-  
 sa talia: Εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, ἢ ὑμᾶς διώξουσιν. Εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν,  
 ἢ τὸν ὑμέτερον τηρήσασιν. *Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Si*  
*meum sermonem insidiosè observarunt, & vestrum insidiosè observa-*  
*bunt.* Ita enim hæc proxima vertenda esse, & antecedentia &  
 consequentia suadent. Estq; simplex τηρεῖν hic idem quod Luc.  
 XX. 26 compositum ὁμοιωτηρεῖν: quemadmodum Latinorum  
 quoq; simplex *servare* quandoque idem est quod *observare*. Sed  
 nunc & Hebraica videamus, ex quibus proximum superius adagi-  
 um est expressum. Buxtorfius in Florilegio, tit. *Αὐτάρεσια*, habet  
 ista: רַבּוֹ לְהוֹת כְּרַבּוֹ לְעַבְדֵּי דָּוִד *Sufficiat servo ut sit sicut Dominus ipsius.*  
 Item: רַבּוֹ לְהוֹת כְּרַבּוֹ לְתַלְמִידֵי שִׁיְהִיָּה כְּרַבּוֹ *Sufficiat discipulo, si sit sicut preceptor*  
*ipsius.* Sed loca codicum Hebræorum quibus hæc legantur, Bux-  
 torfius ibi non demonstrat. Drusius autè in Adagiis Hebraicis ci-  
 tat prius ex Cod. Talmudico Berachot, cap. IX. Item ex libri Mu-  
 far cap. XX, & ex Commentario Ab. Esræ in Hof. I. 2. Citatur quo-  
 que idem ex Midrasch in Ps. X, ex Bereschit Rabba Sect. 47. & ex  
 appendice libri שְׁבוּלֵי הַהוֹר: quo loco legatur quoq; alterum illud,  
 רַבּוֹ לְהוֹת כְּרַבּוֹ לְתַלְמִידֵי שִׁיְהִיָּה כְּרַבּוֹ *Sufficit discipulo ut sit sicut preceptor ejus.*  
 Ceterum prius & sic effertur, רַבּוֹ לְהוֹת כְּרַבּוֹ לְעַבְדֵּי דָּוִד *Sufficit servo*  
*ut sit sicut Dominus ejus:* ut unius modò voculæ discrepantia sit.  
 Quod autem adagio Hebræo dicitur, discipulum non esse supra  
 magistrum, & discipulo sufficere, si sit ut magister ejus, id non ad-  
 versum est ei quod frequentant Græci, πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσορες  
 τῶν διδασκάλων. Quippe versiculus Græcus de iis agit qui  
 discipuli fuere: adagium Hebræum autem de iis qvi discipuli ad-  
 huc sunt & manent; sicut discipuli Christi nunquam debebant



desinere discipuli ipsius esse. Ceterū ut istud adagiū de quo in proximo superiore capite egimus, non eodem semper sensu usurpatum est à Domino: ita nec hoc de quo nunc agimus. Matth. X. 24 & Joh. XV. 20 usurpatum est, ut significaretur, eadem manere Christi discipulos, quæ ipsi Christo obtigissent; odia scilicet, contumelias, persecutiones. At Joh. XIII. 16 usurpatum est, ut significaretur, discipulos Christi debere inter se amare, nec quendam eorum debere se elatius gerere, sed potius ad alteri ministrandum paratum esse. Lucæ VI. 40 denique usurpatum est, ut significaretur, Phariseos non debere sibi nimium tribuere, neque putare se plus sapere quam Christum; sed potius id operam dare, ut Christum tanquam magistrum sequantur.

Porro inter Adagia referendum quoque videtur illud Matt. VI. *Ἀρκητὸν τῇ ἡμέρᾳ ἢ κακία δούλης*. Sufficit diei calamitas sua, vel, *arumna sua*. Interpres antiquus vertit, *Sufficit diei malitia sua*; atque ita vocabulo *malitia* novam quandam significationem tribuit: idque exemplo vocabuli Græci *κακία*. Cum enim *malitia* Latinis pravitatem, ac malam animi affectionem, significet, usus ille vocabulo est ad calamitatem & arumnam significandam. Alii non malè hic vocabulo *vexatio* utuntur. Altera illa versio vetus sanè est, & jam ante Hieronymum obtinuit. Cujus de ipsa illa judicium legere est in epist. CXLVII, quæ est ad Amandum. *Quod autem adjicit, inquit, Sufficit diei malitia sua, hoc modo intellige, Sufficit nobis de presentibus hujus seculi cogitare angustiis. Quid necesse est sensum ad incerta & futura extendere, quæ aut consequi non possumus, aut citò inventa perdamus? Κακία enim quam Latinus vertit in malitiam, apud Græcos duo significat, & malitiam, & afflictionem, quam κακωσιν Græci dicunt: & hic magis pro malitia transferri debuit afflictio. Quod si contentiosè (f. contentione) quis ducitur, nolens κακίαν afflictionem sonare & angustias, sed malitiam, illo sensu explicandum est, quo mundus in maligno, hoc est, in malo positus sit, & in Dominica oratione dicimus, Libera nos à malo; ut sufficiat nobis contra malitiam hujus seculi præsens habere cœrtamen.* Ex quibus apparet,

ret,




ret, versionem illam veterem ipsum non probare. Quòd autem putat, si vox *malitia* retineatur, eã de malo, quod distinctionis gratia malũ *culpa*, & malum *turpe* dici solet, intelligi oportere, id aliter se habet. Neque enim novum est, in versionibus novas vocabulis significationes tribui, idque exemplo vocum aliarũ linguarum. Qua ratione dici igitur potest, huic quoque vocabulo significationem novã tributam esse ab Interprete, exemplo Græcæ vocis *κακία*: quam vocem ipse Hieronymus apud Græcos duo significare, & malitiam, & afflictionem, scribit. Sic & Tertullianus l. 2. adv. Marc. c. 24. *Apud Græcos, inquit, interdum malitia* (alludit sine dubio ad vocem *κακία*) *pro vexationibus & laesuris, non pro malignitatibus ponuntur.* Ego verò ipsi quoque Græcæ voci significationem *vexationis & arumnae* novè tributam putem; primum quidem ab Interpretibus V. T. deinde & à S. Matthæo: idque exemplo Hebrææ vocis *רעה*. Qua de re videsis & Gatakerum cap. XIII de stylo N. T. Sed, ut ad Hebræa veniamus, ex quibus proxima illa Græca sunt expressa, videntur illa hæc esse, *רעה ליום רעהו Sufficit diei malum suum, arumna sua.* Quæ non ipsa quidem, sed tamen his valde gemina reperiuntur in codice Talmudico Berachot fol. 9. 2. *דייה צרה בשעתה Sufficiens est afflictio in hora sua, id est, ut molesta sit cum venit.* Buxtorfius in Florilegio vertit, *Sufficit diei vexatio sua.* Joh. Drusius in Præteritis ad cap. VI Matthæi ex Mischar happeninim citat: *Cur mæstus es ob vexationem, quæ nondum advenit?* *דייה צרה בשעתה Sufficit vexatio in hora sua.* Ubi legendum itidem videtur *לצרה*: ut verbum de verbo exprimendum sit ita: *Sufficiencia est afflictionis in hora sua.* ל enim nota hic est casus Genitivi: & requiritur propter præcedens suffixum ה. Idem Drusius in calce Proverbiorum Ben Siræ, ex eodem libro Mischar happeninim tanquã ipsius Ben Siræ proverbium citat: *אל תצר צרת מחר כי לא תדע מה ילך יום* *Ne te cruciet arumna diei crastini: quia nescis quid paritura sit dies.* Verùm tam hoc Ben Siræ, quam illud alterum in librum illũ selectarum gemmarum ex Talmude est collatum. In

hujus



hujus enim codice Sanhedrin f. 100. 2, ut Cartwrightus observavit, inter alia Ben Siræ dicta legitur, אל תצר צרת מחר כי לא תדע, מה ילך יום שמא למחר איננו ונמצא נצטער על עולם שאיננו שלו *Ne affligas te ob crastinum. nescis enim quid dies paritura sit. Fortasse cras (homo) non erit, & invenitur se affligens ob mundum qui ad ipsum nihil attinet.*



## CAP. X.

*De adagio* πᾶσα βασιλεία μεριδῆσα κτ' ἐαυτῆς ἐρημῶται. *Verba quoq;* πάντα ὅσα αὐτὸς φέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, ἔτι καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς, *vel adagium esse, vel iisdem ad adagium allusum esse. Verba* εἰ τις ἐφέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐοδίετω, *an pro adagio habenda.*

**I**N proximis superioribus capitibus aliquot adagia exposuimus, quæ non ut alia quædam phrasæ nihil enuntiantes, sed integræ enuntiationes sunt. Ad ea refero quoq; illud quod Matth. XII. 25 legitur, πᾶσα βασιλεία μεριδῆσα καθ' ἐαυτῆς ἐρημῶται. καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μεριδῆσα καθ' ἐαυτῆς, ἐσαθήσεται. *Omne regnum divisum contra seipsum, id est, dissidens cum seipso, vastatur: & omnis urbs aut domus divisa contra seipsam, id est, dissidens cum se ipsa, non consistet.* Tantundem & Marc. III. 24. 25, & Luc. XI. 17, sed verbis leviter discrepantibus, legitur. Et Grotius quidem gnomen eam inter Hebræos notissimam fuisse scribit: sed quomodo Hebraicè prolata fuerit, & ubi reperire eam liceat, non adjicit. At Buxtorfius in Lexico majore ad rad. חרב ex Talmude profert: כל בית שיש בו מחלוקת סופו ליחרב *Omnis domus in qua est dissensio, tandem vastabitur.* Inter scriptores Latinos Cicero in eandem planè sententiã scribit; ita quidem, ut verbum de verbo efferre voluisse videri possit. Nimirum in li-  
bro



bro de Amicitia verba ejus sunt: *Qua domus tam stabilis, que tam firma civitas est, que non odiis atq; disidiis funditus possit everti? Nec multum discrepat illud Sophoclis:*

Ἀναρχίας γὰρ μείζον οὐκ ἔστι κακόν.

Ἄυτη πόλεις τ' ὄλλυσιν, ἢ δ' ἀναστάτης

Ὀίκος τίθησι. - - -

Ipsam sententiam autem & Sallustius expressit his suis: *Concordia res parvæ crescunt: discordia maxima dilabuntur.*

Illud quoque quod Matt. VII, 12 legitur, πάντα ὅσα αὐτὸ θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἀνθρώποι, ἔγωγε καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. *Quaecumq; vultis ut faciant vobis homines, sic & vos facite illis; & ut habet Lucas, καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἀνθρώποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως. Sicut vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter;* illud quoque, inquam, in adagiis numeraverim, vel certè habuerim pro tali, quo ad adagium sit allusum. Certè Hebræi adagium habuerunt istiusmodi, דעליך סני לחברך לא תעבר, *Quod tibi odiosum sive exosum est, alteri ne facias.* Codex Talmudicus Sabbath fol. 31. 1. לעולם יהא אדם ענוותן כהלל ואל יהא קפדן כשמאי. מעשה בגוי אחד שבא לפני שמאי. אמר ליה גיירני על מנת שתלמדני כל התורה כולה כשאני עומד על רגל אחת. דחפו באמת הבנין שבידו: בא לפני הלל גייריה אמר ליה דעליך סני לחברך לא תעבר. זו היא כל התורה כולה ואורך פירושה הוא: *Semper homo mansuetus sit ut Hillel; nec praeceps & iracundus, ut Schammai. Historia est de gentili quodam, qui venit ad Schammai, eiq; dixit, Fac me profelytum ea conditione, ut totam legem doceas me, dum in uno pede sto. Abegit eum (Schammai) decempeda, quam in manu habebat. Venit ad Hillelem. Isq; profelytum ipsum fecit, eiq; dixit, Quod exosum tibi est, alteri ne facias. Hac tota lex est: cetera sunt explicatio ejus. Abi perfectus.* Et memorabile est, quòd, quomodo Matth. VII, cum prædicta illa posita essent, additur, ἔτι γὰρ ἐστὶν ὁ νόμος. *Hac est lex, ita & in verbis Hillelis apparet, זו היא כל התורה כולה. Hac tota lex est.* Ceterum quod ista verba quæ R. Hillel ei qui profelytus fi-

H

eri



eri voluit, inculcavit, adagium seu proverbium apud Hebræos fuerit, id colligere est ex eo, quod istiusmodi verba ævo jam Tobix frequentata fuerunt. Etenim inter præcepta quæ Tobias filio suo dedit, etiam illud fuit: Ὁ μισῆς, μηδενὶ ποιήσης. *Quod odisti, nemini facias.* Vide Tob. IV. 15. In textu Hebraico libri Tobix, quem Munsterus edidit, legitur ita: אֲשֶׁר הָשַׁנְבּ לְאִחֵרֵי לֹא תַעֲשֶׂה לְנַפְשְׁךָ (leg. הָשַׁנְבּ) Quoniã igitur adagium habuerunt in hanc sententiam, quod id quod nobis odio est, quodq̃ve nobis fieri nolumus, nec alteri facere debeamus: verisimile est adagium & in hanc sententiam fuisse, quod id quod nobis fieri volumus, & alteri facere debeamus. Sane quod Dominus dixit, quæcunq̃ve volumus ut faciant nobis alii, ea & aliis facienda esse, ad id Tertullianus partem præcepti alteram subaudiendam censet. Verba ejus lib. IV contra Marcionem cap. XVI hæc sunt: *Et sicut vobis fieri vultis ab hominibus, ita & vos facite illis. In isto præcepto utiq̃, alia pars ejus subauditur: Et sicut vobis non vultis fieri ab hominibus, ita & vos ne faciatis illis.* Paulò post ad eam præcepti Domini partem pertinere ait præcepta Decalogi. Proinde denuntians, inquit, *non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimonium dices, docuit, ne faciam aliis quæ fieri mihi nolim.* Atque ipsum illud negativum præceptum Ælius Lampridius Alexandrum Severum Imp. à quibusdam sive Judæis, sive Christianis audivisse scribit. *Siquis, inquit, de via in alicujus possessionem deflexisset, pro qualitate loci aut fustibus subjiciebatur, in conspectu ejus, aut virgis, aut condemnationi; aut, si hæc omnia transfret dignitas hominis, gravissimis contumeliis, cum diceret, Visne hoc in agro tuo fieri quod alteri facis? Clamabatq̃, sæpius quod à quibusdam sive Judæis sive Christianis audierat, & tenebat, idq̃, per præconem, cum aliquem emendaret, dici jubebat: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Quam sententiam usq̃, adeò dilexit, ut & in palatio & in publicis operibus præscribi juberet.* Quibus verbis Hugo Grotius non frustra adjici censet, sive Judæis, nam & illis in ore fuisse hoc dictum, Ὁ μισῆς, μηδενὶ ποιήσης; ut

pa-



pateat ex Tob. IV, 16. Videſis Annotationes ejus ad Matt. VII.

Quid porro ſentiendum de eo quod S. Paulus II Theſſ. III, 10. ſcribit, *Εἰ τις ἔθλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω*. *Siquis non vult operari, neq; edat*? Si Druſio credimus, hoc itidem inter Adagia, & quidem Hebræorum, referendum erit. Is enim inter Adagia Hebraica, quorum aliquot Decurias collegit, refert, ראי לא לעי לא נגיס *Qui non laborat, non comedit*: quod quidem ex Bereschit rabba profert, dicitque R. Salomonem, F. Abrahami, in Ohel Moëd ita interpretari כל מי שאינו מתוגע אינו אוכר *Quisquis non laborat, non comedit*. Vide Decuriæ III Adagium VIII. Verùm Joh. Buxtorfius in Lexico majore ad Rad. נגיס monet, *in adducto loco ſententiam iſtam non afferri in abstracto, quaſi commune aliquod proverbium; ſed dici in concreto, relationem ad hominem & ejus ſtatum ratione creationis habentem; nempe quòd, ſi homo labore, ad quod creatus eſt, habeat, quod edat: ſi non labore, merito ſuo careat neceſſariis vite alimentis*. Et ſanè ex Bereschit Rabba Sect. 14 ſatis apparet, prædicta verba non ut adagium, ſed tantùm explicationis gratia, afferri. Verba ſic habent: ויהי האדם לנפש חיה ר' הונא אמר עשאו עבד מכורן בפני עצמו ראי לא לעי לא נגיס *Et fuit Adam in animam viventem* (Gen. II, 7.) *R. Huna dixit: Fecit ipſum ſervum mancipatum ſibi ipſi, ut, ſi non labore, neq; comedat*. Et ſenſus eſt, Deum creaffe hominem, ut ſuus ipſius ſervus ſit, in ſuam ipſius ſervitutem quaſi venundatus, ut ſuo ſibi labore victum paret: quod ſi non faciat, nihil quoque habeat quod comedat. In Bereschit Rabba pro מכורן legitur מחורר: verùm legendum eſſe מכורן, docet Buxtorfius ex Midraſch Coheleth cap. 2. 17, & Echa rabba cap. I. 15, ubi planè eadem perſcripta ſunt. Vide Lexicon ejus magnum ad rad. חרר.



## CAP. XI.

*De adagio* ἠυλίσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ὤρχήσαθε, καὶ τὰ ἐξ. *Item de adagiis* ὄρη μεθισάνειν, οὐχ ἰκανὸν εἶναι τὰ ὑποδήματα τινὶ βασιῶσαι, & *aliis quibusdam.*

**A**D adagia refero quoque quod Matth. XI, 16, & Luc. VII, 32, legitur, ἠυλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὤρχήσαθε. ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐπόψαθε. *Tibia cecinimus vobis, & non saltastis: lamentati vobis sumus, & non planxistis.* Ea verba Salvator tribuit pueris sedentibus in foro, qui ludendo imitari solent, quæ à majoribus natu serió agi viderunt, & nunc nuptias celebrant, nunc funera deducunt, nunc aliud hujusmodi agunt: neque tamen quosdam, qui morosiores sunt, movere possunt, ut & ipsi talibus operam navent. Utque ea verba Salvator usurparet, fecerunt mali mores Phariseorum, quibus nec Johannis Baptistæ durior ac severior, neque Salvatoris Christi liberior vita placebat. Nimirum Phariseos similes esse vult pueris istis morosioribus, qui nullis sodalium studiis delectantur, sed ea omnia respuunt atque refugiunt. Quod enim prædictis locis dicitur, Phariseos ipsis pueris ludentibus & ceteris acclamantibus similes esse, observandum est quod monet Grotius, *vim Dativi non esse ut denotet ipsum comparationis terminum, qui plerumque non proxima voce, sed tota insequenti narratione continetur:* qua de re vide Annotationes ejus ad cap. XI Matthæi. Ceterum scire licet, Hebræos adagium habuisse, ad quod Dominus ipsis illis quæ pueris in foro ludentibus tribuit, verbis alluserit. Reperitur id in Gemara Codicis Talmudici Sanhedrin, fol. 103. 1. & sic habet: אמרו אינשי בכיו ליה למר דלא ידע חיוכי ליה למר דלא ידע ווי: *Dicunt homines, plorant ei qui nescit: arrident ei qui nescit. va illi qui discernere nescit inter bonum & malum.* Quod adagium hoc fuerit, apparet ex verbis illis prioribus

oribus



oribus אמרי אינשי dicunt homines, quæ in proverbiiis citandis multum usurpantur. Sensus autem, ut Buxtorfius in Lexico majore ad vocem מר exponit, hic est, cum homine stolido nihil profici, sed perinde esse, sive quis mitius cum eo agat, sive asperius. Occasio autem hujus adagii proferendi hæc fuit, quod illustrandus esset locus Prov. XXIX. 9. *Vir sapiens disceptat cum viro stulto; sive irascatur, sive rideat, non est requies.* Sequuntur igitur in prædicto loco Talmudis ista: *Dixit Deus S. B. Iratus fui Achaso, & tradidi eum in manum regum Damasci: at ille sacrificavit & incensum adolevit Diis Damasci, qui ipsum percusserant. Lusi cum Amazia, & dedi reges Edom in manum ejus. At ille adduxit Deos illorum, & incurvavit se illis.* Ait R. Papa, *Hoc est quod dicunt vulgo, Plorant ei qui nescit: arrident ei qui nescit (id est, sive plorent, sive arrideant ei qui nescit) Va ei qui bonum à malo discernere nescit.*

Quod Apostolus I. Cor. XIII, 2, utitur phrasi ὅτι μεθιστάμεν montes transferre, scribitque, *Εάν ἔχω πᾶσαν τὴν πίσιν, ὡς ὅτι μεθιστάμεν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, ἄδὲν ὠφελῆμαι.* *Si habeam omnem fidem; adeò ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum,* itidem ad adagium Hebraicum allusum creditur. Hebræi sanè frequentant phrasin עקר הרים transferre montes, cum rem arduam & difficilem significare volunt. Buxtorfius in Lexico majore ad rad. עקר ex codicibus Talmudicis Berachot & Horajoth citat, quod Doctores quidam ob insignem eruditionem hoc elogio decorentur, ut dicantur עוקרי הרים transferentes montes; & quod in glossa marginali ad codicem Erubin de Ben Assai dicitur, לא היה בימיו עוקר הרים כמותו *Non fuit in diebus ejus transferens montes, sicut ipse.* Vox עקר propriè significat *evellere, eradicare.* Quoniam igitur ea quæ evelluntur, aliò transferri ac deportari solent, factum est ut verbum istud non modò antecedens, sed & ipsum consequens, id est, *transferre*, significaret.

Id quoque in adagiis numerandum videtur, quod, cum S. Johannes Baptista extenuare se, & Christo multo minorem se esse dicere voluit, dixit, se non esse *ικανὸν τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ βαστάσαι*



*dignum qui calceamenta ejus portet, nec esse* ἱκανὸν κύψαντα λύσαι τὸν ἱμάτιον τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ *dignum qui incurvans se solvat corrigiam calceamenti ejus.* Vide Matth. III, II. Marc. I, 7. Nondum quidem ipsa illa phrasis, quod quidem ego sciam, in codicibus Hebraicis reperta est; sed constare tamen ex his potest, quod solutio calceamenti inter ministeria vilissima fuerit. Christoph. Cartwrightus in codice Talmudico Ketuboth observavit, quod R. Josua, filius Levi, dicens inducatur, כל מלאכות שהעבד עושה לרבו תלמיד לרבו *Omnia opera sive ministeria quæ servus præstat hero suo, etiam discipulus præstat præceptori suo, præter solutionem calcei ejus.* Vide Mellificium Cartwrighti Hebraicum, quod in magno illo opere Anglicano, quo variorum S. Scripturæ Interpretum observationes continentur, reperire est.

In illis quoque verbis aliquid παρρημιῶδες esse videtur, quæ Salvator Matth. V, 18 dicens inducitur, ἕως αὐτὸν παρέλθῃ ὁ ἄρατος ἢ ἡ γῆ, ἰῶτα ἐν ἡ μίαν κεφαλαίαν ἢ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως αὐτὰ γενήσεται. *Donec pereat cælum & terra, nullum Jota nec ullus apex peribit de lege, donec omnia fiant.* Dictum hic utique est, nullum Jota nullumque apicem periturum esse de lege. Idque factum ita, ut diceretur, nullum Jota nullumque apicem de lege periturum esse, *donec pereat cælum & terra.* Nimirum quia cælum & terra peritura non sint, nullum item Jota, nullumque apicem de lege periturum esse intelligitur. S. Lucas cap. XVI, v. 17 idem sic expresit, Ἐυκοπώτερόν ἐστι τὸν ἄρατον ἢ τὴν γῆν παρελθεῖν, ἢ τὸν νόμον μίαν κεφαλαίαν πεσεῖν. *Facilius est cælum & terram perire, quam legis ullum apicem cadere,* in terram puta, id est, perire. De qua proxima phrasi, πεσεῖν εἰς τὴν γῆν puta, dictum supra in cap. VI. Ceterum sensus proximorum istorum est, non quod cælum & terram perire facile sit, & quidem facilius, quam ullum apicem legis perire; sed quod perinde impossibile sit ullum apicem legis perire, atque impossibile est cælum & terram perire. Estque locutio hæc similis illi quæ Matth. XIX, 24, & Luc. XVIII, 25, legitur



gitur, Ευκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλάσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν. *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum Dei intrare.* Et sensus itidem est, æquè impossibile esse, divitem, talem puta qualem ibi intelligendum esse præcipuè ex Marco apparet, regnum Dei intrare, atque impossibile est camelum per foramen acus transire: quæ de re pluribus dictum est supra in cap. III. Consistit igitur adagium in eo, quod, cum significandum est, nunquam futurum esse, aut factum iri, aliquid, dicitur, *non futurum illud esse, donec pereat calum & terra.* Et simile ferè est illud Terentii Heaut. IV. 4. *Quid si nunc calum ruat.* Ludovicus Cappellus in Spicilegio ad cap. V Matthæi, cum dixisset, proverbialem loquendi formulam esse, *ἕως αὐτὴ παρέλθῃ ὁ ἄρανος ἢ ἡ γῆ*, qua id significetur, quod nunquam futurum est, quomodo si Latinè dicas, *Citius calum ruet, vel Calum terra miscebitur potius quam ut id fiat,* subjicit deinde, similem locutionem esse quæ est Ps. LXXII. 5. *Timebunt te* כִּי יִרְאוּ אֶת שֶׁמֶשׁ עִם כִּי יִרְאוּ אֶת הַיָּרֵחַ *cum sole & coram luna*, hoc est, quamdiu sol & luna erunt: & quæ est Ps. LXXXIX. 37. *Thronus ejus erit,* כִּי יִרְאוּ אֶת שֶׁמֶשׁ נֹגְדִי *ut sol coram me.* Et sanè his quoque locutionibus Hebraicis perpetuitas atque æternitas significatur. Sed hoc tamen interest, quod negatio hic neque disertè posita, neque alio vocabulo comprehensa apparet. Si dictum esset, *Timebunt te, donec non sit, vel donec perierit, luna,* foret id nostro planè geminū. Verum non ita dictum est; sed sic potius, *Timebunt te cum sole,* id est, *Timebunt te, quamdiu sol erit, id est, semper, in æternum.* Magis autem quadrat, quod Hugo Grotius in Notis ad cap. V Matth. ex eodem illo Psalmo profert, & simillimum loquendi genus esse ait; videlicet כִּי יִרְאוּ אֶת שֶׁמֶשׁ עִם כִּי יִרְאוּ אֶת הַיָּרֵחַ *donec non sit luna.* Ait Psalteres, *amplitudinem pacis, Messiaæ puta, fore, donec non sit luna,* id est, *donec luna perierit, vel, ut verbis Græcis imitatione S. Matthæi utar, ἕως αὐτὴ παρέλθῃ ἡ σελήνη.* Diversi omnino modi loquendi sunt, *Fiet hoc, quamdiu erit luna, & Fiet hoc, donec perierit luna.* Sed sensus tamen unus idemque est; videlicet semper & in æternum  
aliquid



aliquid factum iri; quoniam in prioribus supponitur, lunam semper exstituram; in posterioribus autem, nunquam eam perituram esse. Nam semper existere, & nunquam perire ἰσοδύναμα sunt. Latinorum more hoc ita efferas, *Prius calum & terra pereat, prius sol & luna pereat, quam hoc non fiat*: quemadmodum Poëta,

*Desinet esse prius contrarius ignibus humor:*

Et alius,

*Antè leves ergo pascentur in aethere cervi, &c.*

Hebraicis rursus geminum est illud Gen. XLIX. 26. *Benedictiones patris tui valida sunt cum benedictionibus progenitorum meorum* ער לולב ad finem collium mundi, id est, donec finiantur & desinant colles mundi. Malo enim לולב hic Latina voce mundus vertere, quam ut alii voce *seculum*, aut *sempiternus*. Nam colles semper mansuros ex ipsa illa phrasi *ad finem collium* intelligitur.

Quod in superioribus verbis Domini de *Jota uno & apice uno* est, id quoque in adagiis habendum esse censet Grotius. *Certum est, inquit, & hoc esse παρρημιώδες, qualia sunt pleraque in Domini nostri sermonibus de medio usu sumpta. Atque necesse est id adagium ex scribendi ratione quae tum vigebat, originem duxisse. Unde sequitur, jam tum in lingua Hebraica Jod literam minus spatium occupasse quam literas ceteras: ac proinde eos characteres quos sicli præferunt, jam Christi tempore usurpari desisse, & in usu fuisse quas habemus Assyriacas, ab Esdra, ut creditur, temporibus scribi Hebraeis coeptas, κρηαίασ autem nomen ad puncta vocalia à quibusdam trahitur: sed idem est quod apex Latine. Apices literarum ipsos literarum ductus aut partes dixit Gellius: & hinc nata translatio de juris apicibus disputare. Etiam Aristides de Græcorum legibus agens dixit νόμος κρηαίασ. In glossis veteribus: Apex κρηαία, γρηαματ & ἀρηγν. Sed & apud Plutarchum, Dionem, Chrysostrum, Philonem Judæum, Clementem Alexandrinum, & in Pseudosibyllinis extat vox κρηαία eo sensu. Quod ad vocem κρηαία attinet, expressa hac videtur vox Hebræa קרפ, quæ*



que appellant cornicula literarum Hebraicarum; quòd ea spinas ac spinarum aculeos referunt. Propriè enim vox ea *spinas & spinarum aculeos* significat. Lud. Cappellus in Spicilegio ex R. Meir Semitis fidei citat, ואל תתמה להיותם דורשין כל אות ואות, בפני עצמה שאפילו על כל קוץ וקוץ של כל אות ואות היו דורשין *Et ne mireris, quod sic excusserunt singulas seorsum literas. nam & singulos literarum omnium apices pari ratione excusserunt.* Ceterum satis apparet, quod Salvator dixit, nullum Jota, nullumque apicem perituum esse de lege, sententiam ejus hanc esse, quod nulla legis periodus, nullum legis præceptum sit, quod non complementum sit fortituum.

Fortassis & in illo aliquid adagii est, quod Matth. XXIII. 25 scriptum est, καθαρίσετε τὸ ἔξωθεν τὰ ποτήρια, ἢ τῆς παροψίδος, ἔσωθεν δὲ γέμισιν ἐξ ἀρπαγῆς καὶ ἀνεγκλίαν. *Purgatis exteriorem partem poculi & patine: intus verò plena sunt rapina & intemperantia.* Certè Lud. Cappellus in Spicilegio ad eum locum citat verba R. Salomonis F. Gavirol in כתר מלכות, quibus is de hypocritis agit: *Ostentant animam puram & mundam: sed sub ea latet lepra. Similes sunt vasi pleno immunditie: extrinsecus loti sunt aqua fraudis & astutiae; sed quicquid intus est in medio eorum, immundum est & impurum.*

Denique & illud aliquid adagii habere videtur quod Luc. XXIII, 31, legitur, Εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ τὰυτα ποιεῖσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; *Si in viridi ligno hac fiunt, quid fiet in arido?* Certè Grotius ad hunc locum monet, genus hoc loqvendi fuisse proverbiale. Hebræos enim viros bonos *ligna viridia*, malos *arida* vocare. Et esse tritum apud eos adagium: *Si duo fuerint ligna arida, & unum viride, arida viride exurere.* Hebraicè sic habet: תרי קיסי יבישי וחד רטיבא אוקידוה יבישי לרטיבא. Vide de hoc Drusium in Adagiis, citantem id ex Cod. Sanhedrin.



## CAP. XII.

*De quibusdam non satis liquere posse, an in numerum Adagiorum referenda sint. Adagium πρὸς κέντρα λακτί-  
ζειν non Hebræorum proprium, sed Græcis cum his com-  
mune videri. Idem ἔσθ' de Adagio, ἀλλ' ἔστιν ὁ σπείρων,  
ἢ ἀλλ' ὁ θερίζων, sentiendum esse.*

**P**Ræter ea quæ recensuimus sunt fortasse nonnulla adhuc alia Adagia; sed de quibus non perinde ac de superioribus liquere potest: quòd vel non difertè adjectum sit, adagia ea esse; vel in codicibus Hebraicis, quòd quidem nos sciamus, nondum sunt observata, adeoque nec sciri potest, utrum à Salvatore Christo primum, an verò jam antè usurpata ac in vulgus nota fuerint. Istiusmodi nonnulla Andreas Schottus in Adagialibus sacris N. T. quæ vocat, recenset. Estque inter ea illud Matt. VI. 3. Μὴ γνώτω ἡ ἀριστερὰ σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιὰ σου. *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextra tua.* Et illud IX. 12. Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατρῶν, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. *Non iis qui valent opus est medico, sed iis qui malè habent.* Et illud X. 10. Ἀξιῶν ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστίν. *Dignus est operarius cibo suo.* Et illud XII. 34. Ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ. *Ex abundantia cordis os loquitur.* Et illud XIII. 57. Οὐκ ἔστι προφήτης ἀπὸ τῆς πατρίδος αὐτοῦ. *Non est Propbeta sine honore, nisi in patria sua.* Et illud XV. 14. Ὁδηγοὶ εἰσὶ τυφλοὶ τυφλῶν. *Duces sunt cæci cæcorum.* Sanè si constare posset, hæc, & id genus alia, perinde ut superiora illa, frequentata apud Hebræos fuisse, possent & ipsa pro Adagiis haberi; æquè ac illud, *Qui se exultat, humilis reddetur: & qui se humilem facit, is exaltabitur.* Multa sunt quæ initio adagia non fuerunt, sed frequenti usu demum in proverbialia abierunt. Ut verba illa τὰ τῶν φίλων κοινὰ, cum à Pythagora primum profer-

ren-



rentur, adagium non fuerunt; sed postea, cum vulgo in triviis jactarentur, idipsum facta sunt; ut Cicero in lib. I. Off. scripserit, *amicorum omnia esse communia*, in *Græcorum proverbio esse*.

Sed quid habendum de eo quod Dominus, cum Paulo in via apparuit, eidem dicens inducitur, *Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν*. *Durum tibi adversus stimulos calcitrare?* Estne & illud pro adagio habendum; & quidem, ut superiora illa, pro adagio Hebræorum? Sanè locutus tunc est Dominus Hebraicè, ut Act. XXVI. 14 disertè scriptum est. Phrasin *πρὸς κέντρα λακτίζειν* autem non in codice sacro tantum, qui Acta Apostolorum inscribitur, sed & in diversis τῶν ἔξω scriptis, reperitur. Euripides Bacch. v. 794.

- - - - Θυμῶμεν

πρὸς κέντρα λακτίζοιμι, θνητὸς ὢν, θεῶν.

*Ira percitus contra stimulos calcitrarem, cum mortalis sim, in Deū.* Idem in Peliasii apud Stobæum Serm. III. n. 28. *πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζες τοῖς κρατῶσί σου*. *Contra stimulos ne calcitres in eos qui potestatem in te habent.* Æschylus Prometh. v. 322.

οὐκ ἐν ἔμοιγε χρώμεν διδασκάλῳ

πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενείς, ὀρῶν ὅτι

τραχὺς μόναρχος, εἰδ' ὑπεύθυνος, κρατεῖ.

*Non, si me magistro uti velis, adversus stimulos membrum extendes, si videas, quod Rex asper, nec legibus obnoxius, imperium teneat.* Pindarus Pyth. Od. II.

- - - ποτὶ κέντρον δέ τοι

λακτίζομεν τέλει

ὀλιθρὸς οἶμος.

*Contra stimulum calcitrare est lubrica via.* Et manifestè inter proverbia referunt Zenobius & Diogenianus: quorum ille Euripidem & Æschylum & laudat. Alluserunt & Scriptores Latini: & inter alios Terentius Phorm. I. 2, quod scribit, *Inscitiam esse, adversum stimulum calces* sc. jactare. Quoniam igitur tot Scriptores

Græcis



Græci phrasin πρὸς κέντρα λακτίζειν usurparunt, non pro adagio Hebræorum proprio, sed pro adagio Græcis cum Hebræis communi illa habenda videtur. Sed Hebræi quomodo eam expresserunt? Usi sine dubio sunt verbo טעב: videnturque dixisse טעב טא מלמד, vel טעב טא מלמד *calcitrare contra stimulum*.

Quod de adagio πρὸς κέντρα λακτίζειν diximus, idem fortassis & de eo dicendum, quod Joh. IV. 37 legitur, ἄλλοι εἰσὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλοι ὁ θερίζων. *Alius est qui seminat, & alius qui metit.* Hæc verba ibidem appellantur λόγος: quo vocabulo, ut supra in cap. V monuimus, Græci & adagium notare solent. Salvator enim sic loquens inducitur: Εὐ τῷτῳ ὁ λόγος εἰσὶν ἀληθινός. *In hoc verbum verum est*, id est, verè de vobis discipulis meis usurpári potest adagium, *Alius est qui serit, & alius est qui metit.* Quod igitur adagium istiusmodi Hebræi habuerint, de eo dubitare nos non finit ipsius asseveratio Domini. Sed videntur tamen & Græci talia usurpasse. Sanè Aristophanes in Eqvit. Act. I. Sc. 3. habet, Ἦ ἄλλοτριον ἀμᾶς θερῆς. *Alienam messem metis*, id est, cum alius seminaverit, atque adeò & metere debeat, tu metis. Andreas Schottus in Adagialibus quæ vocat Novi Test. tanquam Græcorum & hoc affert: Ἄλλοι μὲν σπείρουσ', ἄλλοι δ' αὖ ἀμύζονται. *Alii serunt, alii metunt.* Quod sanè iis, quæ protulit Dominus, perquam simile est. Idem ibidem multa quoque alia profert, quorum eadem quidem sententia est, sed quæ non iisdem tamen, sed aliis verbis sunt contexta. Ex sacris literis, & ex ipsius verbis Domini, huc adhuc pertinet, quod Matth. XXV. 24, & Luc. XIX. 2, legitur, θερίζων, ὅπου οὐκ ἔσπειρας. *Metens, ubi non seminasti.* Item quod ejusdem planè sententiæ est, Συνάγων ὅθεν ἔδυσκόρησας. *Colligens, ubi non sparsisti*, & Αἰρεῖς ὃ οὐκ ἔθηκας. *Tollis quod non posuisti.* Quæ quidem & ipsa Adagium sapere videri possunt.

*Sphalmata Typographica signa hic sunt, credo pauca esse; & quemque ea per se animadvertere posse.*

os (o) so



Sten 070  
9182


17











DE  
**ADAGIIS**  
NOVI TESTAMENTI  
DIATRIBA,  
AUCTORE  
JOHANNNE VORSTIO.



COLONIE BRANDENBURGICE,  
Sumptibus DANIELIS REICHELII,  
Typis GEORGHII SCHULZII,  
ANNO cl. lcc. LXX.

